cum hijs nomina accentuum, et post hec articuli scribendi sunt. Deinde *Pater noster*, *Ave Maria*, et *Credo*, *Magnificat*, *Nunc dimittis*, et *Benedictus* que sunt fundamenta fidei, ut in hijs paucis legendis primo exercitatus adiscens transcendat facilius ad maiora. Et scribuntur hec hoc modo. In prima enim linea scribitur latinum, in secunda inferiori grecum latinis litteris, in tertia grecum grecis figuris; vt latinus, respiciens grecum grece in suo ordine, possit de facili et sine errore illud legere per adiutorium greci scripti per litteras latinas, per quas cognoscet statim que littere grece in greco vocabulo describuntur. Et quoniam lingua insipida est que non intelligitur, ideo ad delectacionem legentis ponuntur vocabula latina in prima linea, vt sic cum lectura grecorum vocabulorum pateat eorum intelligencia quamuis¹ suavius legantur et maior vtilitas consequatur. Considerare tamen debet lector quod pono latinum sicut respondet grecis vocabulis; ut quia ipsi non vtuntur ablatiuo sed semper genitiuo vel datiuo vbi latini vtuntur ablatiuo, ideo pono hic genitiuum et datiuum latinum pro ablatiuo, sicut est in greco, quatinus sciat lector cuius casus sit vocabulum grecum hic positum; ne, si ponerem casum ablatiuum, crederet quod in greco sic esset; et per hoc eciam patet quos casus regunt preposiciones grece, quod ignoretur nisi vocabulum grecum poneretur sicut est in greco. Et alia similiter quedam huius modi obseruo propter intelligenciam greci plenior, quia nunc est intencio dare exposicionem grece grammatice principaliter, et ideo eius proprietatem debeo obseruare.

Articulos vero hic posui, quia multum patent leccio et construccio greci per eos, et casuum ac generum et numerorum distincio. Et preposui eos alijs legendis non solum propter illa que nunc dixi, sed quia breuior est in eis sillabicacio. Sciendum igitur quod articulus est pars oracionis apud grecos quia habet casus, genera et numeros; sed latini non habent articulos licet omnes fere naciones habeant eos, et lingua gallica habet eos ut *li le la* et huiusmodi, que distinguunt casus, genera et numeros. Quedam tamen proponuntur nominibus in declinacione et coniugacione, loco

¹ So in MS. for quatenus.

quorum vtuntur pronomibus articularibus que sunt hic hec hoc, cum dicimus hic magister, hec domina, hoc stannum et hij vocantur prepositiui articuli. Alij vero subiunguntur nominibus, loco quorum vtuntur vt in pluribus hoc nomine, qui quis' quod, secundum quod dicimus homo, qui currit, disputat. Et habent articuli genus masculinum et femininum, et neutrum, et quatuor casus scilicet nominatiuum, genitiuum, datiuum, accusatiuum, et tres numeros scilicet singularem, dualem, et pluralem. Duali enim vtuntur quando locuntur de duabus rebus, plurali quando de tribus vel pluribus. Numerus singularis habet semper quatuor terminaciones casuum; dualis habet duas tantum terminaciones; vnam scilicet, pro nominatiuo et accusatiuo et aliam pro genitiuo et datiuo; plurale habet quatuor terminaciones sicut singulare. Primo igitur ponuntur hic articuli prepositiui secundum genera sua, casus, et numeros, et postea subiunctiui de quibus omnibus amplior tractatus fiet inferius suo loco. Sciendum tamen quod articuli non construuntur hic, sicut relique dictiones, quoniam in latino non sunt; et ideo latinis litteris tantum scribuntur in secunda linea, sed in prima nichil eis respondet. Similiterque est de litteris alphabeti que primo scribende sunt; quia omnis scriptura aliorum ab eis nascitur vt videmus. Sed in quantum littere sunt, non habent significata, et ideo linee sufficiunt eis due, et quia nomina accentuum prius in greco non fuerunt scripta ideo consequenter post ista scribenda sunt.

CAPITULUM SECUNDUM.

De nominibus litterarum et accentuum, et de articulis.

alpha.	vita.	gamma.	delta.	epemte.	zita.	ita.	thita.
<i>αλφα</i>	<i>βῆτα</i>	<i>γάμμα</i>	<i>δέλτα</i>	<i>ε</i>	<i>ζῆτα</i>	<i>ἦτα</i>	<i>θῆτα</i>
<i>α λ Α</i>	<i>Β υ</i>	<i>Γ υ</i>	<i>δ Δ</i>	<i>Ε ε</i>	<i>Ξ ζ</i>	<i>Η</i>	<i>Θ ϑ</i>
iota.	kappa.	labda.	lambda.	my.	ny.	xi.	omicron.
<i>ἰῶτα</i>	<i>καππα</i>	<i>λαμδα</i>	<i>λαμβδα</i>	<i>μῆ</i>	<i>νῆ</i>	<i>ξῖ</i>	<i>ὀ</i>
<i>ι</i>	<i>κ λ</i>	<i>λ Ϛ</i>		<i>μ</i>	<i>ν ϛ</i>	<i>ξ</i>	<i>ο</i>

¹ So in MS.

pi.	ro.	sima.	tau vel taf.	ypsilo.	phi.	chi.	psi.
<i>πῖ</i>	<i>ρῶ</i>	<i>σίμα</i>	<i>ταῦ</i>	<i>υ</i>	<i>φῖ</i>	<i>χῖ</i>	<i>ψῖ</i>
π π	ρ	σ σ	τ	υ	φ φ	χ	† ψ

omega.

ῶ

ω

Hec sunt nomina accentuum

acutus	gravis	circumflexus	longum	breve	dasia
<i>οξεία</i>	<i>βαρεία</i>	<i>περισπομενι</i>	<i>μαχρον</i>	<i>βραχισ</i>	<i>δασια</i>

psili	apostrophos	hyphen	hypodiastole
<i>ψιλη</i>	<i>ἀποστροφος</i>	<i>ύφεν</i>	<i>υποδιαστολε.</i>

Hii sunt articuli prepositiui masculini generis in singulari numero :—

ho	tu	to	ton
<i>ὁ</i>	<i>τοῦ</i>	<i>τῶ</i>	<i>τὸν</i>

in duali :—

to	tin
<i>τῶ</i>	<i>τοῖν</i>

in plurali :—

hi	ton	tis	tas
<i>οἱ</i>	<i>τῶν</i>	<i>τοῖς</i>	<i>τοῦς</i>

Hii sunt articuli feminini generis in singulari numero :—

hi	tis	ti	tin
<i>ἡ</i>	<i>τῆς</i>	<i>τῆ</i>	<i>τῆν</i>

in duali :—

ta	ten
<i>τὰ</i>	<i>ταῖν</i>

in plurali :—

he	ton	tis	tas
<i>αἱ</i>	<i>τῶν</i>	<i>ταῖς</i>	<i>τὰς</i>

Hii sunt articuli neutri generis in singulari numero :—

to	tu	to	to
<i>τὸ</i>	<i>τοῦ</i>	<i>τῶ</i>	<i>τὸ</i>

in duali:—

to	tin
τῶ	τοῖν

in plurali:—

ta	ton	tis	ta
τὰ	τῶν	τοῖς	τὰ

Hij sunt articuli subiunctivi masculini generis in singulari numero:—

hos	hu	ho	hon
ὁς	ὁῦ	ῶ	ὄν

in duali:—

ho	hin
ῶ	οῖν

in plurali:—

hi	hon	his	hus
οἱ	ῶν	οῖς	οῦς

Hii sunt feminini generis in singulari numero:—

hi	his	hi	hin
ῆ	ῆς	ῆ	ῆν

in duali:—

ha	hen
ᾶ	ᾶν

in plurali:—

he	hon	hes	has
αἱ	ῶν	αῖς	ᾶς

Hij sunt articuli neutri in singulari numero:—

ho	hu	ho	ho
ὄ	ὄῦ	ῶ	ὄ

in duali:—

ho	hin
ῶ	οῖν

in plurali numero:—

ha	hon	his	ha
ᾶ	ῶν	οῖς	ᾶ

CAPITULUM TERCIVM.

De oracione dominica, et de salutacione uirginis et symbolo.

[Oracio Dominica.]

Pater nostrum in celis sanctificetur nomen tui
pater imon o en tis vranis agiasthito to onoma su
πατηρ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς αγιασθητο τὸ ὄνομα σου

adueniat regnum tui fiat voluntas tui sic in
eltheto hi uasilia su genithito to thelima su os en
ελθετω ἡ βασιλεια σου γενηθητω τὸ θελημα σου ὡς εν

celo et in terre panem nostri supersubstancialem
vrano ke epī tis gis ton arton imon ton epiousion
ουρανω και επι τῆς γῆς τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπίϋσιον

da nobis hodie et dimitte nobis debita nostri
dos imin simeron ke aphas imin ta ophilimata imon
δὸς ἡμῖν σημερον και αφες ἡμῖν τὰ οφειλήματα ἡμῶν

sic et nos dimittimus debitoribus nostri et non vel ne
os ke imis aphiemen tis ophiletes imon ke mi
ὡς και ημεεις αφιεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν και μὴ

inducas nos in temptacionem sed libera nos a
isenegkis imas is pirasmon alla risee imas apo
ἐισενεγκῆς ἡμᾶς εις πειρασμὸν ἀλλὰ ῥυσαι ἡμᾶς ἀπὸ

malo amen.

tu poniru amin.

τοῦ πονηροῦ ἀμην.

Salutacio Marie.

Ave Maria graciosa dominus cum tui benedicta
xere Maria kecharitomeni o kirios meta su eulogimēni
χαῖρε μαρία κεχάριτωμένη ὁ κυριος μετὰ σοῦ ευλογημένη

tu in mulieribus et benedictus fructus ventris tui
 si en ginexi ke eulogimenos o karpos tis kilias su
 σὺ ἐν γυναιξὶ καὶ εὐλογίμενος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου

amen.

amin.

αμην.

Symbolum.

Credo in unum Deum patrem omnipotentem factorem
 pisteuo is ena theon patera pantokratora piitin
 πιστευο εἰς ἓνα θεον πατερα παντοκρατορα ποιητην

celi et terre visibilium omnium et invisibilium et
 vranu ke gis oratonte¹ panton ke aoraton ke
 οὐρανοῦ καὶ γῆς ὁρατῶν τε πάντων καὶ ἀορατῶν καὶ

in unum dominum iesum cristum filium dei
 is ena kirion iison criston ton yion tu theu
 εἰς ἓνα κυριόν Ἰησουν χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ

unigenitum ex patris natum ante omnium
 ton monogeni ton ek tu pateros gennithenta pro panton
 τὸν μονογενῆ τὸν ἐκ τοῦ πατρος γεννηθεντα προ πάντων

seculorum lumen de lumine deum verum ex dei
 ton eonon phos ex photos theon alithinon ek theu
 τῶν αἰώνων φῶς ἐκ φωτός θεοῦ ἀληθινον ἐκ θεοῦ

veri genitum non factum consubstancialem
 alithinu gennithenta u piithenta omousion
 ἀληθινοῦ γεννηθεντα οὐ ποίηθηντα ομοουσιον

patri per cuius omnia facta sunt propter nos
 to patri diu² ta panta egeneto ton diemas³ tus
 τῷ πατρὶ δι' οὗ τὰ πάντα ἐγενετο τὸν δι' ἡμᾶς τοῦς

¹ MS. *marg.* τε in hac dictione *oratonte* est sillabica adieccio nam oraton est visibilium sicut aoraton est invisibilium sine sillabica adieccione.

² MS. *marg.* hic fit apostrophus cum dicitur *diu* quia aufertur ultima sillaba huius dictionis *dia* et regit genitium casum apud grecos aliquando, propter quod hic ponitur *ou* genitiuus articuli subiunctiui ac si diceretur *per cuius*, set nos dicimus *per quem* more latino et sic est inferius apostrophos cum dicitur *τον διημας* set ibi *dia* regit accusatiuum casum.

³ MS. *marg.* hic *diimas* est apostrophus nam *dia imas* diceretur nisi esset

homines et proper nostram salutem descendentem de anthropus ke dia tin imeteran sotirian katelthonta ek ανθρωπους και δια την ημέτεραν σωτηρίαν κατελθόντα εκ

celorum et incarnatum ex spiritus sancti et marie ton vranon ke sarkothenta ek pneumatos agiu ke marias τον ούρανών και σαρκωθέντα εκ πνευματος αγίου και μαριας

virginis et hominem factum crucifixum pro tis parthenu ke enanthropisanta staurothenta te yper της παρθένου και ενανθρωπίσαντα¹ σταυροθέντα τε υπερ

nostri sub pontii pilati et passum et sepultum imon epi pontiu pilatu ke pathonta ke taphenta ημών επί ποντίου πιλάτου και παθοντα και ταφέντα

et resurrectum terciē diei secundum scripturas et ke anastanta ti triti imera kata tas graphas ke και αναστάντα τη τριτη ημέρα κατά τας γραφας και

ascendentem in celos et sedentem in dextere anelthonta is tus vranus ke kathezomenon en dexia² ανελθοντα εις τους ουρανοους και καθεζομενον εν δεξια

patris et iterum venturum cum glorie iudicare tu patros ke palin erchomenon meta doxis krine του πατρός και παλην ερχομενον μετα δόξης³ κρίναι

viuos et mortuos cuius regni non est finis et zontas ke nekrus u tis vasilias uk esti telos ke ζώντας και νεκρούς ου της βασιλείας ουκ εσται τέλος και

in spiritum sanctum dominum et viuificantem is to pneuma to agion to kirion ke zoopiun εις το πνευμα το αγιον το κύριον και ζωοπιούν

collisio vocalium sicut prius statim dicitur *dia tin* sine apostropho quia ibi non est collisio vocalium.

¹ MS. *marg.* *enanthropisanta* quasi hominem manufactum sicut incarnatum et in hoc vocabulo *staurotentate* hoc quod dicitur *te* est sillabica adieccio.

² MS. *interlinear*, *dexia* est dativus casus.

³ MS. *marg.* Nam *doxis* est genitivus casus.

ex patris procedentem cum patri et filio
 to ek tu patros ekporeuomenon sin patri ke uio
 τὸ ἐκ τοῦ πατρος εκπορευομένον σὺν πατρὶ καὶ υἱῶ

coadoratum et cumglorificatum locutum per
 sinproskynumenon ke sindoxazomenon to lalisan dia
 συνπροσκυνουμενον καὶ συνδοξαζόμενον τὸ λαλησαν δια

prophetarum in unam chatholicam et apostolicam
 ton propheton is mian katholikin ke apostolikin
 τῶν προφητῶν εἰς μίαν καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν

ecclesiam confiteor unum baptisma in remissionem
 ekklesian omologo en vaptisma is aphasin
 ἐκκλησιάν ὁμολογῶ ἓν βαπτισμα εἰς ἀφεσιν

peccatorum expecto resurrectionem mortuorum et vitam
 amartion prosdoko anastasin nekron ke zon
 αμαρτιων προσδοκῶ ἀνάστασιν νεκρῶν καὶ ζώην

futuri seculi amen.
 tu mellontos eonos amin.
 τοῦ μέλλοντος αἰῶνος ἀμήν.

Incipit Canticum Marie.

Magnificat anima mea dominum et exultavit
 megalini hi psichi mu ton kirion ke hi galliase
 μεγαλήνει ἡ ψυχὴ μου τὸν κυριόν καὶ ἡ γαλλιασε

spiritus mei in deo saluatori mei quia respexit
 to pneuma mu epi to theo to sotiri mu oti epeulepsen
 τὸ πνευμα μου ἐπὶ τῷ θεῷ τῷ σωτηρι μου ὅτι ἐπεβλέψεν

in vel super humilitatem ancille eius ecce enim
 epi tin tapinosin tis dulis autu idu gar
 ἐπὶ τὴν ταπεινωσιν τῆς δοῦλης αὐτοῦ ἰδοὺ γὰρ

ab vel ex beatificavit omnes generaciones quia
 apo tu nyn makariusine pase e genee oti
 ἀπὸ τοῦ νῦν μακαριούσινε πᾶσαι αἱ γένοι ὅτι

fecit mihi magna potens et sanctum nomen
 epiisen my megalia o dynatos ke agion to onoma
 ἐποίησεν μοι μεγαλεια ὁ δυνατὸς καὶ ἅγιον τὸ ὄνομα

eius et misericordia eius in generacionem et
 autu ke to eleos autu is genean ke
 αὐτοῦ καὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ εἰς γενεὰν καὶ

generacionem timentibus eum fecit
 genean tis phouumenois auton epyise to
 γενεὰν τοῖς φοβουμενοις αὐτόν ἐποίησε τῷ

potenciam in brachio eius dispersit superbos
 kratos en brachioni autu dieschorpisen yperiphanus
 κράτος ἐν βραχίονι αὐτοῦ διεσχορπισεν ὑπερηφάνους

de menti cordis eorum deposuit potentes de sedium
 dia nia kardias auton kathile dunastas apo thronon
 διὰ νοῖα καρδίας αὐτῶν καθεῖλε δυνάστας ἀπὸ θρόνων

et exaltauit humiles esurientes impleuit bonorum et
 ke ypsose tapinus pinontas enepლისen agathon ke
 καὶ ὑψωσε ταπεινούς πεινωντας ἐνεπλησεν ἀγαθῶν καὶ

diuites dimisit inanes suscepit israel puerum
 plutuntas ex-apestile kenus antelaueto israil pedos
 πλουτουντας εξαπεστειλε κενούς ἀντελάβετο ἰσραὴλ παιδὸς

eius recordatus est misericordie¹ sicut locutus est ad
 autu mnistine eleus kathos elalise pros
 αὐτοῦ μνήσθῃναι ἐλέους καθὼς ἐλάλησε πρὸς

patres nostrorum abraam et semini eius
 tus pateras imon to auraam ke to spermati autu
 τοῦς πατερας ἡμῶν τῷ αβραὰμ καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ

usque secula.

eos eonos.

ἕως αἰῶνος.

¹ MS. *marg.* in greco non est *sue*.

Canticum Simeonis.

Nunc dimittis servum tui dominator secundum
 nyn apolyis ton dulon su despota kata
 νῦν ἀπολύεις τὸν δούλον σου δέσποτα κατὰ

uerbum tui in paci quia uiderunt oculi mei
 to rima su en irini otī idon y ophthalmy mu
 τὸ ῥήμα σου ἐν εἰρήνῃ ὅτι εἶδον οἱ ὀφθαλμοὶ μου

salutare quod parasti ante faciem omnium
 to sotirion su o ipymasas kata prosopon panton
 τὸ σωτηριόν σου ὃ ἠτοίμασας κατὰ πρόσωπον πάντων

populorum lumen ad revelacionem gentium et gloriam
 ton laon phos is apochalipsin ethnon ke doxan
 τῶν λαῶν φῶς εἰς ἀποχαλύψιν ἐθνῶν καὶ δόξαν

plebis tui israel.
 lau su israil.
 λάου σου ἰσραηλ.

Canticum Zacarie.

Benedictus dominus deus Israel quia visitauit
 Eulogitos kyrios o theos tu Israil otī epeskepsato
 Ευλογητὸς κυριὸς ὁ θεὸς τοῦ ἰσραήλ ὅτι ἐπεσκέψατο

et fecit redempcionem plebis eius et erexit cornu
 ke epiisen lutrosin tu lau autu ke igire keras
 καὶ ἐποίησεν λύτροσιν τοῦ λαοῦ αὐτοῦ καὶ ἤγειρε κερας

salutis nobis in domui dauid pueri eius sicut
 sotirias imin en to yko dauid tou pedos autu kathos
 σοτηριας ἡμῖν ἐν τῷ οἰκῷ δαυεὶδ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ καθὸς

locutus est per oris sanctorum a seculi
 elalise dia stomatos ton agion ton ap eonos
 ἐλάλησε διὰ στομάτος τῶν ἁγίων τῶν ἀπ' αἰῶνος

prophetarum eius salutem ex inimicorum nostri et de
 prophiton autu sotirian ex eththron imon ke ek
 προφητῶν αὐτοῦ σωτηριαν ἐξ ἐθθρῶν ἡμῶν καὶ ἐκ

manus omnium odiencium nos facere misericordiam
 chiros panton ton misuntan imas pyise eleos
 χειρὸς πάντων τῶν μισούντων ἡμᾶς ποιήσε ἔλεος

cum patrum nostri et memorari testamenti sancti
 meta ton pateron imon ke mnisthine diathikis agias
 μετὰ τῶν πατέρων ἡμῶν καὶ μνισθῆναί διαθήκης ἀγίας

eius iusiurandum quod iuravit ad abraam patrem
 autu orkon on omose pros auraam ton patera
 αὐτοῦ ὄρκον ὃν ὤμοσε πρὸς αβραάμ τῶν πάτερα

nostri dandi nobis sine timoris de manus inimicorum
 imon tu dune imin a phouos ek chiros ton eththron
 ἡμῶν του δοῦναι ἡμῖν ἀ φοβος ἐκ χειρὸς τῶν εχθρῶν

nostri liberati seruiamus ipsi in sanctitati et iusticie
 imon rishentas latreuin auto en osiotiti ke dikeosini
 ἡμῶν ρισθεντας λατρεύειν αὐτῷ ἐν οσιότητι καὶ δικαιοσύνη

coram ipsis omnes dies uite nostri et tu
 enopion autu pasas tas imeras tis zois imon ke si
 ἐνώπιον αὐτοῦ πάσας τας ἡμέρας τῆς ζωῆς ἡμῶν καὶ σὺ

puer propheta altissimi vocaberis preibis enim ante
 pedion prophetis ypsistu klithisi proporeusi gar pro
 παιδιον προφήτης υψίστου κληθήσῃ προπορεύσῃ γὰρ προ

faciei domini parare vias eius dandi scienciam
 prosopu kyriu etymase odus autu tu dune gnosin
 προσώπου κυρίου ἔτοιμάσε ὁδοὺς αὐτοῦ του δοῦναι γνωσιν

salutis plebi eius in remissionem peccatorum ipsorum
 soterias to lao autu en aphesi amartion auton
 σωτηρίας τῷ λαῷ αὐτοῦ ἐν ἀφέσει ἁμαρτιῶν αὐτῶν

per viscera misericordie Dei nostri in quibus visitauit
 dia splachna eleus theu imon en is epeskepsato
 δια σπλάχνα ἔλεους θεου ἡμῶν ἐν οἷς ἐπεσκεπσάτο

nos oriens ex alti superapparere in tenebre et
 imas anatoli ex ipsus epiphane tis en skoti ke
 ἡμᾶς ἀνατολὴ ἐξ ὕψους ἐπίφαναι τοῖς ἐν σκότει καὶ

umbre mortis sedentibus dirigendi pedes nostri
 skia thanatu kathemenis tu kateuthyne tus podas imon
 σκία θάνατου καθήμενοις του κατευθυναι τοῦς πόδας ἡμῶν

in viam pacis.

is odon irinis.

εἰς ὁδὸν εἰρήνης.

α β γ δ ε ς ζ η θ
 ena dio tria tessera pente exa epta ogdo enea

ι ια ιβ ιγ ιδ ιε
 deka endeka diodeka dekatia dekatessera dekapente

ις ιζ ιη ιθ κ 20 30
 dekaexa dekaepta dekaogdo dekaenea icossi trianda

40 50 60 70 80 90
 salanda pindinda exanda epininda ogdoinda dueninda

c

ekaton diacossia triacossia tessaracossia pentecossia

M. α

exacossia eptacossia ogdocossia enacossia kilia

epissimon
 ā β̄ γ̄ δ̄ ē | ̄ vel σ^υ α | ξ̄ η̄ θ̄ numerus digitus
 I 2 3 4 5 6 7 8 9

scopita
 ī κ̄ λ̄ μ̄ ν̄ ξ̄ ο̄ π̄ ς̄ numerus articulus
 IO 20 30 40 50 60 70 80 90

								caractira
$\bar{\rho}$	$\bar{\sigma}$	$\bar{\tau}$	$\bar{\upsilon}$	$\bar{\phi}$	$\bar{\chi}$	$\bar{\psi}$	$\bar{\omega}$	$\bar{\lambda}$
100	200	300	400	500	600	700	800	900
ρ	β	γ	δ	ϵ	ς	ζ	η	
1000	2000	3000	4000	5000	6000	7000	8000	
			θ	ι				
			9000	10 milia				

numerus compositus

$\bar{\iota}\bar{\alpha}$	$\bar{\iota}\bar{\beta}$	$\bar{\iota}\bar{\gamma}$	$\bar{\iota}\bar{\delta}$	$\bar{\iota}\bar{\epsilon}$	$\bar{\iota}\bar{\varsigma}$	$\bar{\iota}\bar{\zeta}$	$\bar{\iota}\bar{\eta}$	$\bar{\iota}\bar{\theta}$
11	12	13	14	15	16	17	18	19
$\bar{\kappa}\bar{\alpha}$	$\bar{\kappa}\bar{\beta}$	$\bar{\kappa}\bar{\gamma}$	$\bar{\kappa}\bar{\delta}$	$\bar{\kappa}\bar{\epsilon}$	$\bar{\kappa}\bar{\varsigma}$	$\bar{\kappa}\bar{\zeta}$	$\bar{\kappa}\bar{\eta}$	$\bar{\kappa}\bar{\theta}$
21	22	23	24	25	26	27	28	29
$\bar{\lambda}\bar{\alpha}$	$\bar{\lambda}\bar{\beta}$	$\bar{\lambda}\bar{\gamma}$	$\bar{\lambda}\bar{\delta}$	$\bar{\lambda}\bar{\epsilon}$	$\bar{\lambda}\bar{\varsigma}$	$\bar{\lambda}\bar{\zeta}$	$\bar{\lambda}\bar{\eta}$	$\bar{\lambda}\bar{\theta}$
31	32	33	34	35	36	37	38	39

$\bar{\rho}\bar{\mu}\bar{\gamma}$	et sic	$\bar{\rho}\bar{\alpha}\bar{\sigma}\bar{\kappa}\bar{\delta}$	et sic
143	de aliis	1224	de aliis

ρ^1 ζ λ . Episcopus consecrans ecclesiam debet scribere alphabetum grecum in pulvere cum cuspe baculi pastoralis: †per saltem† has tres notas numerorum, quando episcopus ignorat alphabetum grecum. Sed hoc non fit sine iniuria sacramenti.

¹ Cf. infra, pp. 83, 195; Opus maius, Pars iii. p. 94, ed. Bridges.

PARS SECUNDA.

Pars secunda huius tractatus de greca grammatica in quo tota orthographia inuestigatur et diptongi et prosodie et cetera eis anexa. Et habet distinciones. Prima distincio est de potestate et numero litterarum alphabeti greci secundum comparacionem ad litteras latinas; et habet quatuor capitula. Primum est de quibusdam exterioribus. Nam facta continuacione distinguit ydiomata. Secundo dat rationes propter quas oportet grecam grammaticam comparari latine. Tercio exponit differencias vocis. Et quarto dat differenciam inter elementum et litteram addens quo genere sumuntur nomina litterarum.

DISTINCCIO PRIMA.

[CAPITULUM PRIMUM.]

Terminata parte illa in qua proposui ea que pertinent ad leuem et inductoriam instruccionem legendi grecum et scribendi et construendi, nunc tempus est vt maiora copiosius indicantur. Volo igitur potestatem grece grammaticae plenius exponere et precipue illud scribam, quo magis latinos estimo indigere. Primo igitur quedam extrinseca annotabo, quoniam uero variantur aliqua apud diuersas nationes grecorum, et oportet quod de hoc fiat inferius mencio. Ideo in primis notandum quod 5 et 6 fuerunt idiomata grece lingue. Idioma enim est proprietas lingue determinata, qua vna gens vtitur iuxta suam consuetudinem. Et alia gens eiusdem lingue vtitur alio idiomate. *Idion* enim grece est *proprium* latine, a quo idioma hoc est proprietas¹. Et idiota qui est contentus sua proprietate loquendi, nesciens proprietates sermonis aliorum. In lingua enim latina que vna est, sunt multa idiomata. Substantia enim ipsius lingue consistit in hijs in quibus communicant clerici et literati omnes. Idiomata vero sunt multa

¹ MS. *margin.* de hoc in primo d. 3. c. 3.

secundum multitudinem nacionum vtencium hac lingua. Quia aliter in multis pronunciant et scribunt ytalici, et aliter hispani, et aliter gallici, et aliter teutonici, et aliter anglici et ceteri. Sic igitur fuit apud grecos vna lingua secundum substantiam sed multe proprietates. Natura igitur ipsius lingue grece consistit quantum ad ea in quibus omnes naciones grece communicabant et hec vocantur communia. ¹Alia fuerunt specialia quatuor famosa scilicet atticum, eolicum, doricum, ionicum. Athenienses vsi sunt attico et alii alijs et diuersantur, vt exemplariter loquar, sicut burgundicum, picardicum, et normanicum, et multa alia que sunt idiomata eiusdem lingue scilicet gallice. Preter autem has quatuor diuersitates, famosa fuit vna de qua auctores faciunt mentionem, et eciam in qua est diuersitas ab alijs, scilicet qua vtuebantur boetes et ideo oportet hic de hac fieri mencionem.

CAPITULUM SECUNDUM.

²Quia igitur volo tractare proprietatem grammaticae grece, oportet ut sciatur quod iste diuersitates sunt in lingua greca secundum quod inferius notabuntur nomina istorum idiomatum. Et voco has diuersitates idiomata et non linguas vt multi vtuntur, quia in veritate non sunt lingue diuerse sed proprietates diuerse que sunt idiomata eiusdem lingue. Cupiens igitur exponere grammaticam grecam ad vtilitatem latinorum necesse est illam comparari ad grammaticam latinam, tum quia latine loquor vt in pluribus, sicut necesse est, cum linguam grecam nescit vulgus loqui, tum quia grammatica vna et eadem est secundum substantiam in omnibus linguis, licet accidentaliter varietur, tum quia grammatica latina quodam modo speciali a greca tracta est, testante Prisciano, et sicut auctores grammaticae docent euidenter. Et in hac comparatione grammaticae grece ad latinam non solum est necessitas propter intelligendam grammaticam grecam, sed omnino necessarium est ad intelligenciam latine grammaticae, propter quam principaliter componitur hic tractatus.

¹ MS. *marg.* quatuor idiomata lingue grece.

² MS. *marg.* c. 2^m.

CAPITULUM TERTIUM.

Sed quoniam multi autores loquuntur de diuisione vocis ut assumant illam qua in linguam vertitur et de qua grammatica constituitur et in qua alie sciencie docentur et aliqua dubia sunt et forsitan error accidit in dictis aliquorum propter insufficienciam eorum in greco sermone, ideo, quod Priscianus in principio voluminis magni dicit, considerandum est an veraciter sit tenendum. Vult¹ enim quod vox sit articulata que cum aliqua intencione significandi proferatur: scilicet ut affectum mentis humane demonstret, et hic potest esse litterata ut "arma virumque cano," quia litteris scribitur, vel illitterata, articulata tamen, vt sibilus hominum et gemitus. Item litterata non articulata ut *coax crax* in ore licet hominis, que sunt voces rane et corui. Scribuntur enim et non possunt ab homine intelligi nec articulata nec litterata ut mugitus et similia. Hic igitur sumit vocem articulatam que coartata, hoc est copulata, cum aliquo sensu mentis eius qui loquitur profertur. Sed Boecius maioris auctoritatis et in linguis et in scienciis, vult, in maiori commento perihermenias, quod articulata vox dicatur illa que litteris scribi potest, que circumflexo sono et determinato ac distincto per litteras emititur, et ideo articulata dicitur, quia coartatur ad impressiones litterales et scripture et non propter significandi rationem. Et hec vox sic articulata dicitur locucio, que grece *lexis* dicitur, et est communis ad uocem significantium ad populum que per se significant vt nomen et verbum, et ad eas que non per se significant ut coniuncciones et huiusmodi, et ad eas que nihil significant dummodo litteris scribi possunt ut *bilbex*, *buba* et huiusmodi, unde Aristoteles, in libris de arte poetica, partes locucionis dicit esse sillabas et coniuncciones, sed sillabe in quantum huius nihil significant; coniuncciones vero non per se significant. Et ideo *diccio* que artatur ad significacionem non conuertitur cum articulata voce, nec cum locucione sed in minus est. Nam *diccio* non significat *lexin* in greco sed

¹ MS. *marginis*. vox articulata, secundum Priscianum, secundum Boecium.

phrasin vt ait Boecius. Secundum igitur Boecium, vox est sonus qui lingua percutitur. Unde tussis est sonus tantum et non vox. Locutio uero est vox que litteris articulatur quecumque sit illa, et hec vox est articulata proprie. Et ideo scilicet preferimus sententiam Boecii. In hoc corrigendus est Priscianus in diuisione vocis, quamuis modo Aristoteles bene dicat, si autem velimus vtrumque sustinere possumus dicere quod aliter et aliter sumpserunt vocem articulatam secundum diuersitatem usus in temporibus diuersis. Nam significata dictionum variantur apud homines secundum quod tempora variantur.

[CAPITULUM QUARTUM.]

Et iuxta hoc sciendum est quod differentia est inter litteram et elementum si proprie sumantur, quam non solum Priscianus sed melius Boecius in commentario predicto exponit, dicens:—Littera est in scripto atque figura, pars minima vocis articulate. Elementum vero est sonus ipsius inscriptionis vt cum scribo litteram que est *a*, formula ipsa que atramento vel graphio scribitur littera nominatur; ipse uero sonus quo litteram ipsam voce proferimus dicitur elementum. Quamuis secundum vtrumque scilicet Boecium et Priscianum promiscue abutuntur vno pro alio. Considerandum est quod nomina litterarum apud grecos sicut apud latinos sunt neutri generis ut testatur Priscianus. Propter quod neutraliter debemus semper vti eis.

DISTINCCIO SECUNDA.

In qua agit de litteris latinis et grecis in speciali.

CAPITULUM PRIMUM.

De vocalibus, vbi primo exponitur diuersitas accidentalis vocalium in sono, secundo ad essencialem acceditur.

Nunc ad interiora transcendo et primo circa ipsam litterarum alphabeti potestatem et scripturam rectam, deinde

de alijs. Dictum igitur in prima parte quod vocalis per se sonat, consonans cum vocali, et quod non possit esse nisi 5 vocales in aliqua lingua differentes secundum substanciam soni sed secundum accidentalem diuersitatem possunt variari, ut secundum diuersitatem aspiracionis et accentus et longitudinis et breuitatis. Dicit enim Priscianus, primo libro maioris voluminis, quod quolibet vocalis habet denos sonos. Nam *a* littera breuis habet quatuor sonos, quia potest cum aspiracione acui vel grauari, vt hábeo, hàbemus, vel sine aspiracione acui vel grauari, vt ábeo, àbimus. Longum *a* uero sex modis variatur, quia cum aspiracione vel acui vel grauari vel circumflecti, ut hámis¹, hàmorum hâmus, et sine aspiracione potest acui vel grauari vel circumflecti, vt áre, àrarum, âra. Hòc exemplum non potest esse de hara porcorum, in aliquo istorum trium, quia aspiratur vt dicit Priscianus in 2^o, et ideo totum est de ara deorum, cuius *a* primum circumflectitur in nominatiuo singulari ut idem dicit Priscianus, et in genitiuo plurali deprimitur et in nominatiuo plurali acuitur. Sed latini non habent nomina uel figuras ad omnes has diuersitates designandas: aut saltem non utuntur eis ad singula: unde solum habent 5 figuras vocalium scilicet, a, e, i, o, u. Sed greci plures inuenerunt figuras et nomina vnde habent 7 figuras et nomina vocalium et ideo dicuntur habere 7 vocales. Habent quidem vnum alpha sicut a nostrum indifferens ad longitudinem et breuitatem, et iota sicut i nostrum indifferens similiter, de quo sciendum quod semper est vocalis apud grecos et nunquam consonans nec simplex vt in hoc nomine Iuno, nec duplex ut in hoc nomine maior. Et ideo nomen huius littere apud eos est trissillabum cum dicitur iota ut i littera sillabicitur per se, et o per se.

Habent eciam aliud i indifferens ad longum et breue quod sonat cum hiato ad modum soni quem facit q littera cum v et i apud nos ut Priscianus exponit. Et quia eius sonus est debilis propter hoc quod labitur in hiato—ideo semper in principio dictionis aspiratur per *dasi*am apud

¹ MS. *margin.* :—hec hamis est lignum bifurcatum quo rete extenditur et exutatur, vnde Virgilius vtitur hoc vocabulo in *Georgicis*.

grecos vt *υμνος* propter quod vocatur ypsile hoc est j tenue, vnde Priscianus dicit quod Palemon grammaticus hanc litteram vocauit exilem, et Grillius ad Virgilium de accentibus lenem nominant. Isidorus uero dicit primo libro ethimologiarum, quod psile idem est quod siccum uel purum sine fortitudine soni; vnde propter tenuitatem soni dicitur ypsile sed vulgus mutauit e in o et sic ypsilo. Et hec vocalis nunquam debet scribi nisi in grecis vocabulis ut Priscianus docet; nam hanc litteram accepimus a grecis, propter vocabula greca, ut ait Priscianus, et ideo latini male scribunt vocabula latina per hanc litteram, similiter hebraea et quecunque alia nisi greca. Et latini non vsi sunt hac littera usque ad tempora Augusti Cesaris vt ait Ysidorus. Que littera habet duas figuraciones. Nam omnes clamant quod Pictogoras inuenit hanc litteram. Sed non in figura, que superius dicta est, inferior pars circuli, qua scribuntur libri greci, que nunc vera greca est sicut antiquitus. Dedit enim Pictagoras inferiori parti circuli virgulam descendentem ψ , quam virgulam dixit notare etatem innocencie, et dextra pars facta est ardua magis, vt significaret viam virtutis, et sinistra laciore ut notaret viam peccatorum. Et in illo biuio incipit etas adolescencie in qua declinatur ad uicia uel uirtutes. Nos uero latini sequimur figuram pictagoricam, quia ipse in Ytalia docuit in tempore penultimi regis Rome scilicet tempore Tulli Servilii ut Titus Liuius. Sed floruit tempore Tarquinii Superbi qui fuit ultimus rex vt docet Tullius primo questionum. Studuit enim Pictagoras in illa parte Ytalie, que antiquitus dicebatur Magna Grecia, quia magna multitudo grecorum ibi confugerat, sicut Isidorus narrat libro nono; et adhuc vestigia restant, nam in regno Scilie multe ecclesie grecorum et populi multi sunt qui veri greci sunt et grecas antiquitates observant.

Habent autem duo e secundum Priscianum, quia vt dicit Priscianus, primo, apud eos quinta littera scilicet e, que ideo vocatur epempte a pente quod est quinque, fuit indifferens ad longitudinem et ad breuitatem sicut apud nos. Sed postea inuenerunt litteram que vocatur eta vel ita, et e quinta littera remansit apud eos breuis semper et vbique. Quapropter

secundum Priscianum cum ad differentiam e brevis inuenta est ita, videtur quod greci debeant vti hac littera ita pro e longo et ideo latini hanc vocant eta. Sed greci moderni vocant ita et sonant i non e, latini tamen in dictionibus grecis sonant e vbiicumque greci sonant i pro ita quia greci dicunt pentecost η tisb η stact η et scribunt in ultima littera ipsum ita. Sed latini sonant e et habent ibi e longum et dicunt tisbe, stacte, pentecoste.

Habent siquidem duplex o scilicet o paruum et breue et o magnum et longum. Paruum enim dicitur sicut figura ostendit et aliud magnum. Breue autem et longum dicuntur propter tempus, sed *v* uocalem non habent per simplicem figuram et vnam, sed per duas, ut per *o* micron et ypsilo, scilicet cum additur ypsilo ad omicron ut sonum unum constituent et sic scribunt *ov* quod sonat *v* sicut superius in diptongis.

CAPITULUM SECUNDUM.

In quo de consonantibus aliquibus que non liquescunt.

Consonantium alia est semiuocalis alia muta. Semi-uocalis incipit a vocali et terminatur in se, vt l, m, n, s, x. Et dicitur semiuocalis quia plenam vocem non habent vt semiviros appellamus non quia dimidiam partem viri habeant, sed quia non plenam et perfectam; et ideo multum sonant, licet non tantum sicut vocales, sed magis quam mute que incipiunt a se et terminantur naturaliter in vocalem, ut b, c, d, f, g, k, n, p, q, s, t. Licet quantum ad hanc terminationem sit instancia in f, quia incipit a vocali et terminatur in se, contra morem mutarum, sed probabiliter post quod de necessitate est muta. Et non dicuntur mute quia omnino mutescant et careant sono, sed quia debilem et paruum habent sonum; sicut enim vocalis excedit semiuocalem sic semiuocalis mutam. Semiuocalis quidem postponit vocem suam, quia Priscianus dicit quod omnis littera siue vox plus sonat sese cum postponitur quam cum ante. Vt igitur de se habeat fortitudinem soni naturalem, datum est ei vt eius sonus proprius postponatur, ne etiam si in

vocalem terminaretur, minus sonaret propter hoc quod vocalis plus sonat a parte post quam ante. Sed quoniam muta de sua propria natura parum sonat, ideo datum est ei vt sonus vocalis sit finalis quatinus intendatur et fortificetur sonus mute, vnde non sufficeret sono littere vt proprius mute sonus proponeretur, sed oportuit quod sonus eius fortificaretur per sonum vocalem forciolem et in forciori situ, et ideo mute terminantur in vocalem, et semiuocales in sonum proprium. Sic igitur apud grecos sunt semiuocales et sunt octo: zita, labda, my, ny, xi, ro, sima, psi, ζ λ μ ν ξ ρ σ ψ. Sed tres istarum sunt duplices scilicet zita, xi, et psi ζ ξ ψ; componuntur enim ex littera duplici. Nam xi componitur variis modis scilicet ex kappa et sima, sicut apud nos ex c et s; nam greci non habent c sed semper vtuntur kappa, vt apud nos dux ducis et apud eos onix onikos, quod deprehenditur per genitium in quo resolvitur xi littera in duas. Et aliquando additur taf inter kappa et sima, vt apud nos inter c et s velut nox noctis, sicut apud eos nyx nyktos quod idem est quod nox; et anax anaktos quod est rex, et aliquando componitur ex gamma et sima, vt apud nos ex g et s, vt rex regis, sicut apud eos salpinx, salpingos, quod est buccina. Similiter psi componitur ex sima et bita, ut arabs, huius arabos; uel ex pi et sima, ut ethiops, huius ethiopos; uel ex phi et sima ut kynyps, huius kynyphos, sed latinus dicit cynyps cynyphis, et est musca paruulina que fortiter pungit dormientes in estate, maxime in locis humidis. Et zita componitur ex duplici sima, vel delta et sima, sicut apud nos ex duplici ss vel d et s, vnde antiqui latini scribebant loco z duplex ss in hoc verbo patrisso pro patrizo, similiter pro exhilarizo scripserunt exhilarisso. Et iste tres consonantes sunt duplices apud eos sed in latinis dictionibus utuntur ix litera pro xi, nam Priscianus dicit quod hec littera apud grecos incipit a se, et terminatur in i, et apud latinos mutatur sonus ut incipiat ab i et terminetur in se, vnde ix et xi littera quantum ad sonum sunt idem, et sonus hic est communis greco et latino sed nomen et figura variantur et ideo quantum ad sonum dicendum est quod incipit in vtroque a uocali et terminatur in se, licet quantum ad

nomen littere, ipsum nomen latinum incipiet a uocali, sed nomen grecum terminatur in uocalem; cuius ratio est quia nomina litterarum latinarum non excedunt sonos suos, quoniam non plus est in nomine quam in sono nec aliter, ut *a* est nomen soni et est sonus, sed alpha est nomen compositum ex multis litteris et sonis et tamen sonus littere huius nominis est vnicus et simplex scilicet *a*. Et licet tantum sit in hoc nomine xi sicut in hoc nomine ix quia vocalis et consonans; tamen aliter et aliter ordinantur vocalis et consonans in vno et alio, et hoc est quantum ad rationem nominis, sed non quantum ad sonum; vnde nomen latinum consonum est sono littere et incipit a vocali, nomen grecum non est consonum sono sed discordat. Et ideo hec littera, tam apud grecos quam apud latinos, seruat morem semiuocalium que in sono suo incipiunt a vocali et terminantur in sonum proprium. Male igitur aliquae gentes, non solum persone, sonant hanc semiuocalem ab e vocali dicentes *ex*, cum deberent dicere *ix*. Sed *z* littera non utimur nisi in grecis vocabulis ut dicit Priscianus, et apud latinos non est figura vna pro psi littera, sicut pro xi est x, et pro zita z, sed nos latini utimur in latinis dictionibus et grecis p et s pro hac littera, vel b et s, quoniam in fine sillabe ultime dictionis in nominatiuo cuius genitiuus terminatur in bis, utimur b et s ut vrbs vrbis, celebs celebis, et non alibi sed nunquam in principio sillabe pro illa littera utimur b et s, scilicet semper p et s ut scripsi, lapsus et huiusmodi et in grecis uocabulis in principio dictionis ut psitacus et psalmus, nam sillaba ultima de hac dictione scripsi et lapsus incipit a p littera, et prima de psitacus et psalmus incipit a p littera.

CAPITULUM TERCIVM.

De semiuocalibus que liquescunt, primo in vniversali: secundo in speciali de l et r siue ro et labda.

Sed de hijs semiuocalibus quedam dicuntur liquide quia liquescunt et deficiunt a potestate soni debiti consonanti et hoc in metro. Nam due consonantes sonum suum completum retinentes, sillabam naturaliter breuem longant necessario per

posicionem, ut notum est, sed hoc non necessarie in quibuslibet semiuocalibus que non retinent sui soni plenitudinem potestatis. Causa uero quare liquescant a sue potestatis plenitudine est vna: quia cum mutis mutescunt, muta enim parum habet de sono et naturaliter deficit a soni fortitudine, et ideo suus defectus redundat in consonantem ei coniunctam, precipue in eas que labiles sunt et instabiles in sono sicut sunt aliquę semiuocales magis quam alie. Deinde semiuocalis postposita uocali plus sonat quam anteposita, ut cum dico el, plus de sono suo habet consonans quam cum dico le; ut sensus noster percipit, nec mirum cum omnis vox plus sonat postposita quam anteposita. Sed cum sequitur mutam, precedit semper vocalem, cum qua sillabificantur, ut plenus patris. Quapropter tunc naturaliter deficit a sui soni plenitudine; et ideo cum ratione priori liquescere necesse est. Muta uero non dicitur liquescere; quia tam parum habet de sono quod si minueretur, nil sensibile relinqueret. Et ideo semper mutescit et deficit in tantum ex sua natura ut nil ei detrahi possit, dummodo debeat habere litterę potestatem¹. Et ex hijs patet, quod, licet liquescant liquide cum semiuocalibus, aliquando tamen magis cum mutis proprium est quod consonans liquescat, quam cum alia consonante, quia consonans quelibet plus habet de sono quam muta, et habet plus de tempore, nam vocalis naturaliter breuis habet minimum tempus prolacionis et hoc uocatur tempus vnum: semiuocalis habet quasi dimidium temporis: muta habet quasi quartam: secundum quod ex Prisciano et aliis extrahitur. Vocalis uero longa habet duo tempora: et ideo consonans adiuncta mute non habet tempus vnum sed deficit quasi quarta temporis. Due autem alie consonantes habent tempus vnum: et ideo due consonantes habent vnde producant breuem, quia ipsi uocali habenti vnum tempus dant aliud tempus, sed hoc non facit consonans cum muta quia non habent tempus vnum integrum. Preterea mutescit cum muta ut prius dictum est. Si igitur dicatur quod nuncquam possunt producere, cum uocalis longa duo tempora requirat, dictum est per Bedam, in libro

¹ MS. *margin.* :—De hoc iij, Distinctio Quinta.

de metris, et alios, quod poetica licencia excusatur quidquid hic deficit, atque quia saltem remanet medium temporis, large quod pro integro computatur, satis rationale est quod inter productas valeat reputari. Si dicatur ergo semper producetur illa productione imperfecta precipue in vsu communi, licet auctoritas poetica vtatur sicut placet, dicendum quod hec est opinio aliquorum. Alij tamen volunt quod non astringimur ad reputationem illius quod ultra tempus vnum accrescit : quia non est tempus integrum precipue cum liquescat semiuocali duplici, causa dicta : et non remanet in sua potestate, nam per liquescentiam fit quasi mute equalis ut dimidium temporis non habeat semiuocalis liquescens sed quasi quartam. Et ideo super tempus breuis vocalis, non crescunt tres quarte sed circiter tempus dimidium. Et ideo negligimus cum volumus et iudicamus vocalem breuem, licet magis appropinquantem productione et pinguius extensam, et ideo breuitas hec non est ita pura sicut vbi sola vocalis est breuis naturaliter, sed breuem vocamus hec que deficit multum a plena longitudine. Et similiter cum longamus, nos longam vocamus que breuitatem naturalem excedit, propter temporis incrementum et ideo communis sillaba nec ex sua natura debet dici absolute longa nec breuis sed communis.

Secundo in hoc capitulo considerandum est que semiuocales liquescant. Omnes autem auctores concedunt quod l et m liquescant precipue, pre omnibus, et faciunt sillabam communem et indifferentem ; r vero non solum naturaliter liquescit propter causas dictas in communi, sed quia minus asperum sonum habet, ideo causa euphonie, que est bona sonoritas, temperamus gratis suam asperitatem et ideo necessarium est quod liquescat, et hec causa extrahitur de sententia Bede in libro de metris.

L uero debilem sonum habet et mitiorem satis quam r, et ideo de sui natura inclinabilis est ad defectum, cum in loco defectiuo ponitur, secundum quod in duabus causis superius assignatur. Iste autem littere debent perfecte liquescere, quoniam cum mutis sillabam eis coniunctam in eadem dictione non cogunt ad longitudinem, sicut nec in dictione alia posite producunt necessario vocalem precedentis sillabe

finalem, sed secundum poetas reddunt sillabam communem utroque modo. Quantum uero de cetero necesse est ut habundantius utar autoritatibus et hoc quasi ubique pro maiori parte, ut ratio suffulta auctoritate firmiter concludat. Ideo excito lectorem ut diligenter notet auctoritates, et loca querat, si aliquando non exprimo librum certum. Vnde propter prolixitatem sermonis vitandam, nolo semper nominare primum secundum uel tertium uel alium Eneidis, aut alterius auctoris. Aliquando etiam librum non nominabo sed autorem. Aliquociens etiam taceo de nomine auctoris. Cupio quidem maxime sequi istos, Bedam, Priscianum, Donatum, Seruium, Lucanum, Iuvenalem, Stachium, Horacium, Persium, Iuencum, Aratorem, Prudencium, Paulinum, Prosperum, Sedulium, Isidorum, Plinium, quia hi sunt de antiquioribus et certioribus et qui plus sciverunt de greco et per consequens de grammatica latinorum. Hugucionem uero et Papiam non recipio nisi ubi alij confirmant eos, quia in pluribus erronei sunt quia nescierunt grecum. Et Britonem in tractatu suo de vocalibus grammaticis nolo sequi in aliquo, quia ubique errat, uel dubia dicit vel vana, uel probationes legitimas non affert sui capitis stulticia obstinatus.

Si igitur sit sillaba naturaliter breuis, et l littera sequatur eam cum muta in eadem dictione, illa sillaba est communis, quia et potest breuiari et longari ut in Thobia¹: "replet agenda sacrat, sacrat agenda replet." Idem patet de r in Theodolo, "patrem sequitur sua proles," et in Alexandriade "cum patris interitu etc." Quod uero similiter liquescant et faciant sillabam communem quando in alia dictione ponuntur, patet per Virgilium qui dicit in Georgicis²:

lappeque tribulique; interque nitencia culta,
hic *que* coniunctio, que natura breuis est, longatur muta cum r liquida sequente. Et in eodem³:

estusque pluviasque, et agentes frigora ventos,
hic similiter que coniunctio longatur muta et l liquida sequentibus.

¹ Thobia, a poem by Matthew of Vendôme, †1200.

² G. i. 153.

³ G. i. 352.

CAPITULUM QUARTUM.

De aliis semiuocalibus videlicet de *sima*, *my* et *ny*.

Alie vero semiuocales, ab *l* et *r*, non omnes ita perfecte reddunt sillabas communes apud autores nec omnino sic liquescunt. Sed tamen *s* littera videtur maxime liquescere secundum autores. Donatus enim in maiori edicione loquens de liquidis ait specialiter de hac littera *s* sic: *s* littera sue cuiusdam potestatis est que in metro plerumque vim consonantis amittit. Et Beda libro de metris hoc confirmat, et Priscianus hoc idem vult pluribus locis et adducit exempla varia vbi hoc accidit. Nec mirum, secundum Priscianum, primo libro, cum hec littera *s* habeat silentem sonum et cognatum aspiracioni, quod confirmat per grecos, dicens, adeo autem est cognacio huic littere *s* cum aspiracione, quod pro ea in quibusdam dictionibus solebant boetes ponere aspiracionem, ut pro *musa* dixerunt *muha*. Et similiter hoc declarat, per latinos, qui sepe in grecis vocabulis ponunt *s* litteram pro aspiracione ut *semis*, *sex*, *septem*; nam grecus pro hijs dicit, *hemis*, *hex*, *heptem* et ita in alijs. Cum igitur aspiracio deficiat nimium a sono littere et *s* habeat cognatum sonum ei, naturale erit ipsi *s* littere quod de facili deficiat a sui soni potestate. Nam quod liquescat et faciat communem sillabam in eadem dictione, hoc patet per exempla pluribus modis. Beda cum allegat uersum Virgilii ad hoc dicentis¹:

Hortatur Mnesteus: Nunc, nunc in gurgite remis,
addit tamen nisi aliquis dicat quod diptongus huius dictionis Mnesteus faciat unam sillabam per suneresim; si enim hoc non obstat, breuiatur hic hec sillaba *mne*, cum tamen *s* littera cum muta sequatur. Sed hec cauillacio nulla est, quoniam in decimo Eneide dicit²:

Nec Licio genitore minor, nec fratre Mnesteo,
hic tantum breuiatur *mne* sillaba. Et constat quod in hoc

¹ Æ. v. 189. MS. in grgite for insurgite.

² Æ. x. 129. MS. Licio (for Clytio) and Mnesteo (for Menestheo) are found in Palatine Codex.

nomine *magister* et alibi, longatur sillaba precedens s littera cum muta, ergo in medio dictionis reddit sillabam communem. Similiter uero in fine dictionis vnde Ennius¹:

oua parere solet genus pennis condecoratum,

ultima huius dictionis genus breuiatur hic, quamuis s littera sequatur in fine dictionis eiusdem et muta in principio alterius. Et quod alibi s posita in fine dictionis producat vocalem precedentem si sequatur muta in principio sequentis dictionis, exempla sunt infinita. Quod etiam tercio modo liquescat et communem reddat sillabam, manifestum est per Bedam et per exempla que inducit. Nam Beda ait: Tercius modus communis sillabe est cum uerbum aliquod in vocalem desinens correptam, excipitur a duabus consonantibus in altera dictione quorum prior sit s littera. Et hoc confirmat Sedulii exemplo dicentis²

adueniat regnum iam iamque scilicet illud.

Hic *que* coniunctio longatur s littera cum muta sequente in alia dictione. Et Iuuenalis ait³:

sepe scintillantis ocelli

hic longatur *pe* sillaba que naturaliter est breuis. Quod etiam sillaba breuis precedens in fine dictionis alterius remaneat breuis, s littera sequente, cum muta, patet per Virgilium qui ait⁴:

ponite spes sibi quisque; sed hanc quam angusta, videtis.
Et idem iterum⁵:

inter se coisse viros et discernere ferro;

hec exempla recitat Priscianus primo libro ut ostendat s litteram deficere a soni potestate. Propterea quarto modo s cum m liquescat secundum quod Beda ponit uersum Fortunati dicentis⁶

ordinibus variis alba smaragdus inest;

¹ Annales ii. Ve. ed. Mueller.

² Carm. ii. 249.

³ Sat. vi. 109.

⁴ Æ. xi. 309. MS. hanc for hæc.

⁵ Æ. xii. 709. MS. discernere as quoted by Priscian for cernere.

⁶ Lib. viii. c. vi. 264, ed. Luchi.

hic ultima huius dictionis alba breuiatur. Quod etiam Priscianus confirmat per Lucanum in eodem exemplo dicentem¹:

terga solent crebro macule distincta smaragdus

pro quo Priscianus infert s littera sepe in metro vim consonantis amittit, ne quis diceret quod m littera hic sola liquesceret. Deinde quinto modo liquescit, licet in eadem sillaba sint muta et alia liquida et tres consonantes non producunt sillabam precedentem. Ad quod Priscianus adducit vsum Horacii in sermonibus dicentis²,

iniqui insani ridentes premia scribe

quippe vt ait Priscianus cum s littera in metro substrahi solet more veterum. Quinque igitur modis liquescit s littera, et ideo videtur quod pluribus modis quam l et r que tamen apud omnes dicuntur liquescere. Ergo multo magis s erit liquida uel saltem equaliter.

De my et ny est aliqua contrarietas inter autores. Vnde tamen Priscianus, capitulo de liquidis, associat ea l et r, ut liquescant et communes reddant sillabas: et hoc imponit grecis et latinis similiter in secundo libro, nolens quod communes reddant sillabas quando mute precedunt eas sicut l et r, innuens ad hoc esse auctoritates in greco et latino. Ouidius enim decimo methamorphoseos³ dicit "Piscosamque gnidon." hic *que* coniunctio breuis manet et ideo n littera liquescit, m etiam, preter hoc quod cum muta liquescit, locum mute accipit et cum n sequente dimittit breuem sillabam sicut ait Priscianus; vnde Virgilius, vt supra dictum est, ait⁴:

nec Licio genitore minor nec fratre Mnesteo.

hic vltima huius dictionis *fratre* manet breuis. Et similiter in eadem dictione vnde Callimachus poeta grecus, Omnes⁵, quod est nomen proprium uiri in greco, breuiauit, sicut docet Priscianus. Sed certe cum muta minus sonus quam semiuocalis et m hic cedat in morem mute, docente etiam hoc Prisciano. Patet quod liquescat m et deficiat a soni potestate.

¹ Ph. x. 121.

³ M. x. 531.

⁵ Cf. p. 95, n. 3.

² Sat. I. v. 35. MS. iniqui for linquimus.

⁴ Æ. x. 129. See p. 38, n. 2.

Sed licet Beda¹ velit n litteram liquescere, tamen non uult quod liquescat in eadem dictione, immo quod sillabam cum alia consonante faciat longam ut regna, calumpnia, columpna. Concedit autem quod liquescat ex hoc quod in principio dictionis sequentis posite cum consonante vocalem naturaliter breuem dimittit, et secundum ipsum non reddit communem sillabam, quia non producit aliquo modo vocalem precedentis dictionis ut gneus gnarus non possunt producere vocalem precedentem quod confirmat autoritate Prosperi :

Nec tamen hos toto dispellit federe gnarus

vnde dicit quod muta habet producendi potestatem respectu vocalis precedentis dictionis, inferrens quod licet inter liquidas computetur, tamen non ita ut l et r que communes faciunt sillabas vnde contrariatur Prisciano. Nec Priscianus inducit per se aliquam autoritatem vbi n producit sillabam cum muta nec cum m, vnde forsitan quod dicit has litteras facere communes sillabas, non voluit nisi ostendere quod liquescant, ponens speciale pro generali. Nam si faciat communem sillabam liquescit sed non conuertitur. Si n non producit cum alia consonante tamen liquescit a plenitudine soni et deficit. Vnde liquescere est communius quam facere communem sillabam et generalius sicut sepe faciunt autores. Nemini inter latinos poetas nec doctores grammaticae possumus uenerabilem Bedam postponere, cum sit sanctus Dei et antiquior² Prisciano et longe litteracior tam in diuinis quam in humanis.

CAPITULUM QUINTUM.

De duplicibus scilicet xi zita et psi, an liquescant ; cum quibusdam additis.

Eodem modo dicit Beda de xi. Nam nullo modo facit sillabam communem, quia in eadem dictione producit semper

¹ MS. *margin.* Beda contrarius Prisciano.

² Venerable Bede died May 26, A.D. 735. Priscian A.D. 562.

vocalem precedentem, aut natura ut pax, lex, lux, rex; aut positione ut fax, nox, nix, nux, exul, exitus, exercitium. omni genere in primordio fuerit verbi, non potest producere finem prioris verbi vt

pontibus instratis conduxit litora Xerses¹.

ergo cum non producit vocalem ante se, oportet quod a sui soni duplicitate cadat aliquantulum vt minus sonet quam duplex consonans, saltem respectu vocalis precedentis dictionis, quia duplex consonans producit talem vocalem ut,

sepe stillantis ocelli²

et in aliis ut patet. Et ideo videtur secundum Bedam quod xi littera aliquantulum liquescat licet hec non sit in usu vulgi.

De zita uero dicit et Donatus similiter in maiori edicione, quod communem facit sillabam in eadem dictione, unde Beda Iuencum antiquissimum autorem christianum³ adiungit

difficiles terris affixos divite gazas.

hic longa est vocalis a ante z. Sed in hoc versu eiusdem breuiatus,

Et gaza distabat rerum possessio fulgens

et alias Virgilium introducit qui vt ait Beda vocalem breuem ante z inter communes deputauit ut⁴

Eurique zephirique tonat domus deus omnia plenis
in Georgicis habetur, hic enim que coniunctio longatur ante
z. Et alibi idem proponit inducens uersus hos

in celis eciam celestes condite gazas.

Est gaza terrestris quam multa pericula dampnant
sed cum ponitur in alia dictione, non habet potestatem producendi vocalem dictionis precedentis ut Beda dicit et ponit exemplum

bombicem placidam nutrit nemorosa zalinctus⁵.

Sed si retineret plenam duplicis consonantis potestatem in

¹ Terentianus Maurus, 1160.

² Juvenal, vi. 109.

³ Iuencus, Christian poet, †A.D. 325.

⁴ G. i. 371.

⁵ Zacynthus?

eadem dictione et in alia constat quod producet vocalem ante se, ergo deficit sic ab huiusmodi plenitudine potestatis; et ideo vtroque modo, scilicet in eadem dictione et diuersa, videtur liquescere secundum Bedam.

De hac littera psi que valet ps tenendum est secundum Bedam quod cum ponitur in alia dictione, non producit sillabam precedentem que breuis est, et hoc confirmat auctoritate Sedulii dicentis¹

stare choro et placidis celestia psallere verbis.

Et iterum per Fortunatum dicentem²:

vocibus alterius diuina poemata psallunt.

Cum igitur non potest vocalem producere liquescet sicut alie duplices liquescere comprobantur. Et ideo in hoc loco Beda reprehendit Pompeium in hoc quod posuit quod s littera non liquescit³ nisi preponatur alij consonanti, vt⁴

ponite spes sibi quisque; sed hanc quam angusta videtis.

Volens per hoc quod s preposita consonanti ut in hac dictione psallere non liquescat. Et ideo secundum venerabilem⁵ Bede sententiam psi quod sonat ps liquescere comprobatur. Quapropter secundum Bedam hec duplex psi et alie duplices liquescunt. Et hoc patet per differentiam liquescencie que consistit in hoc quod non potest consonans habere officium suum plenum, ut si sonum nec tempus respectu vocalis precedentis producende necessario. Cum hoc igitur sit liquescere ut patet per omnia predicta, necesse est quod huiusmodi littere duplices liquescant eo quod eis accidit hec passio. Deinde propter eandem causam dicuntur r et l, et s et n et m liquescere. Quapropter et ista duplicia liquescunt⁶. Nec obstat quod uulgus non ponit has litteras inter liquidas, cum eciam aliqui auctores ut Isidorus non ponit liquidas nisi l et r et tamen plures sunt. Sed sepius liquescunt l et r et ideo nomen liquidarum communius vsurpant. Et Priscianus, capitulo de liquidis primo, ponit l et r tantum de quibus non sit dubium. Deinde adiungit m et n ex accidenti tanquam sub dubio, quod

¹ Carm. i. 9.

³ So in MS.

² Lib. viii. c. vi. 7.

⁴ Æ. xi. 309.

tamen rectificat. De s uero nullam ibi facit mencionem licet ex dictis suis alibi colligatur quod liquescat¹. Donatus eciam solum nominat l et r principaliter, et subiungit de s littera non de alijs. Auctoritates igitur in multis proferuntur secundum consuetudinem uulgi. Et aliquando pro illis que sollennius et magis communius et magis autonomasice¹ recipiunt nomen aliquod, quod tamen pluribus alijs conuenit, ut apud multos Aristoteles sortitur nomen Philosophi autonomasice¹, et tamen alij sunt philosophi. Similiter apud doctrinam theologorum Paulus sortitur principaliter nomen apostoli, et tamen alij sunt apostoli, eciam in doctrina. Sic est¹ hoc nomen liquide principaliter conuenit r et l quia in eadem dictione et diuersa liquescunt et hoc est in vsu omnium auctorum et sepius et communius accipiuntur liquescere. Et tamen alie dicuntur liquescere secundum quod satis ex predictis manifestum est. Nec in contrarium et quod multis modis fit communis sillaba apud Bedam et Donatum vbi illud quod sequitur non liquescit vt sic dicatur posse hic esse quod communis fiat sillaba per aliquam duplicem et similiter per s licet non dicantur liquescere. Nam ad hoc dicendum est quod illud quod ex sua proprietate aptum natum est ut faciat sillabam communem ad modum l et r aut saltem quod non possint esse causa produccionis necessaria. Sed permittit breuem vocalem precedentem remanere in sua natura. Tale liquescit et deficit a sui soni et temporis potestate et ad hoc aptum est aliquo modo ex sua natura; et aptitudinem ducit ad actum completum auctoritas poetica. Sed tale solum est aliqua de consonantibus necessaria alij consonanti, et ideo liquescunt omnes tales littere que sic a sui potestate cadunt. Sed in ceteris casibus de communibus sillabis non est nisi sola poetica licencia, causa metri, ubi illud quod sequitur non habet vnde corripiat vel producat uero vnde liquescat liquescencia littere uel consonantis sicut patet in omnibus modis communis sillabe, in quibus non assignatur consonans cum consonante. Cum enim vnus modus est quod c littera in pronomine hic hec hoc, vel in aduerbio donec, sequatur sillabam communem, hoc non est

¹ So in MS.

quia c littera sola possit producere, nec quod possit breuem reseruare sed auctoribus sic placuit vti; et non est referendum ad littere potestatem et naturam, quoniam tunc in alijs scilicet terminatis per c litteram hoc idem accideret. Cum similiter vocalis precedentis dictionis ante aspiracionem sequentis fiat communis apud poetas vt

vir humilis mesto deiectus lumine terram

hic longatur, cum alibi breuietur vocalis ante aspiracionem infinicies. Hoc non potest esse nisi poetica licencia quia aspiracio non est littera et ideo nec est liquida nec muta nec habens littere potestatem. Quod igitur sillaba maneat communis ante aliquid aliud posita, hec potest esse ex natura litterarum sequencium et tunc accidit liquescencia. Et sic est in illis quas liquidas vocamus, autem¹ potest esse ad solum beneplacitum auctorum causa metri, et sic non oportet quod aliquid liquescat more liquidarum. Potest et aliqua esse occasio communis sillabe qua excitetur poeta et si non est aliquid quod liquescat uel quod potestatem habeat producendi. Nam cum aspiracio sequitur communem sillabam Beda uult quod in hoc sit occasio a parte aspiracionis, scilicet quod longa fiat sillaba, vel breuis maneat, ut scilicet consideretur aspiracio, vel ad morem forcium consonancium. Et hoc quantum ad longitudinem autem pro modo sue fragilitatis nihil valeat et hoc quo ad breuitatem.

Et huius expositio est quod aspiracio potest considerari tanquam nihil in hoc casu, quia non est littera, nec aliud de substantia littere habet, et ideo potest breuis vocalis remanere in suo statu non obstante aspiracione. Ita quod non apud hoc liquescit sed perit omnino tanquam nichil sit, quia nichil habet de sono littere et ideo non potest esse causa longitudinis sed permittitur uocalis stare secundum suam naturam breuis. Sed² quia aspiracio importat multum sonum accidentalem littere. Nam fortificat sonum substancialem litterarum, ideo hac occasione, poeta excitare potest ut vtatur ea more fortis littere. Quia fortitudo soni littere accidentalis est ab ea scilicet sic poeta sumat occasionem, tamen aspiracio non habet ex sua

¹ So in MS.

natura vnde potest producere nec vnde corripere ad modum littere et ideo nec est liquida nec muta nec alicuius littere optinet potestatem.

Sciendum vero quod Beda vult quod quecumque consonans ponatur cum liquida, potest illa liquida liquescere et non solum cum muta, vnde sua doctrina non artat nos ad hoc quod muta semper requiratur et planum est per m que cum n liquescit et per duplices que sine muta liquescunt. Sed quia communis accidit cum muta, ideo vulgatum est de mutis. Hoc eciam animadvertendum est quod Beda vult quod due consonantes vel aliqua de duplicibus in eadem dictione potest producere breuem vocalem, sed non in alia dictione, cum tamen inducat exempla Virgillii et aliorum veterum in contrarium, sed eius solucio est quod nimia vsi sunt licencia, et quod moderniores poete ut Fortunatus, Sedulius, Prudens, Prosper et huiusmodi noluerunt tanta licencia abuti, sed distinccius et castigacius vsi sunt et in hoc modum antiquorum mutauerunt in melius, nec fieri debet cum per diuersitatem alterius dictionis multum distet potestas littere unius dictionis ab alia in altera dictione; sed quando vniuntur similiter in eadem, forcior est operacio quia omnis virtus vnita est forcioris operacionis, vt docet alia philosophia. Cum hijs tamen sciendum quod sillaba naturaliter longa non potest breuiari per mutam et liquidam sicut breuis longari. Nam sillabe longe adquiritur plus de tempore per mutam et liquidam et saluantur tempora sua duo et ideo nullo modo potest breuiari per hanc viam.

CAPITULUM SEXTUM.

De mutis et sono earum et aliarum consonancium. Primo igitur distinguit mutas, secundo quod f est muta, tercio sonos accidentales exponit.

Mute igitur apud grecos sunt scilicet bita, gamma, delta, thita, kappa, pi, taf, phi, chi, β γ δ θ κ π τ ϕ χ , sed Herodianus dicit quod, thita et phi et chi non habuerunt primi greci, sed Cadmus has tres figuras postea adinuenit. Antiqui vero greci scribebant per duas figuras scilicet

per notam aspiracionis cum alia figura. Habent enim greci duas aspiracionis notas scilicet fortis et lenis aspiracionis ut prius tactum est. Hec enim littera thita phi et chi habent aspiracionem fortem in se conclusam que est dasia, sed antiqui loco thita scripserunt taf et dasiam hoc

modo τ † in linea pro θ , et pro χ scripserunt kappa et dasiam, hoc modo κ †, et pro ϕ scripserunt π pi et dasiam hoc modo π † ut dicit Priscianus. Sed nunc nos scribimus notam aspiracionis nostre in serie linee in scriptura cum litteris. De istis igitur mutis intelligendum est quod 3 sunt lenes et debilis soni, tres aspirate et fortis soni, et 3 mediocres, sed pi et bita et phi sunt cognate, quia propter conformitatem soni ponuntur sepe vna pro alia et sonant inter labia, sed pi est lene, bita mediocre, phi aspiratum; kappa uero et gamma et chi sunt cognate et formantur in palato, et kappa est lene, et gamma medium, et chi aspiratum; taf delta et thita sunt cognate et formantur in gutture, set taf est lene, delta mediocre, thita aspiratum. Et quelibet cognata accipitur pro alia multociens. De phi littera sciendum quod muta est, non semiuocalis, secundum grecos et Priscianus¹ et quia habet proprietates mutarum supradictas, et est congnata cum bita et pi, et non differt a pi nisi per aspiracionem; sed bita et pi sunt mute, vnde, licet quidam greci posuerunt phi esse semiuocalem, tamen Priscianus dicit quod non est semiuocalis sed muta et probat hoc per hoc quod pi est muta, et aspiracio non mutat speciem littere, quare phi est muta. Sed hic error inuasit quondam grecos et latinos ut dicit Priscianus, quia phi habet aspiracionem et ideo putabant esse semiuocalem propter hoc quod multum habet de sono, sed tunc arguit Priscianus quod c et † et kappa et taf cum aspirantur essent semiuocales, quod falsum est immo remanent mute.

Et nunc tercio quosdam sonos consonancium nouos exponam qui non sunt ex prima institucione, sed eos contrahunt in coniunccione causa eufonie. Sciendum igitur quod bita habet naturaliter sonum v nostri consonantis, et non sonat de se apud grecos nostrum b, unde greci nunquam sonant b

¹ So in MS.

per bita. Aliquociens tamen sonant b, sed hoc non est per hanc litteram bita, sed per hanc litteram pi¹, quando scilicet ipsam sequitur litterae my, vel ny, ut *λαμπας* hic dicitur *lambas*, et non *lampas*, et pi hic sequitur my. Similiter cum sequitur ny, ut *την πεντεκοστιν* hic pi sonat b nostrum, *την* est articulus accusatiui casus et ipsum sequitur accusatiuus huius nominis *pentecosti*. Et gamma ante aliud gamma, vel ante kappa, sonat quasi ny ut cum scribitur *αγγελος*, dicitur tamen *angelos* et non *aggelos*; et cum scribitur *εισενευκης*, sonatur isenengis et non isenenkis, et non sonatur gamma in sono proprio sed in loco ny. Et similiter in hoc eodem exemplo kappa amittit sonum suum in gamma. Nam kappa prius gamma et ny resonat sicut gamma, vt cum scribitur *συγκοπη* non sonatur *sigkopi* sed *syngopi* et mutatur sonus gamma in ny, per secundam regulam de gamma, et sonus kappa in g; ^{ton kyrion} sed latini dicunt syncope. Et cum scribitur *τον κυριον* sonatur *tongirion*, quia hic kappa sequitur ny. Kyrion est dominus et kyrion est accusatiuus casus, ton est articulus accusatiui. Et post my et ny taf retinet sonum delta¹, ut cum scribitur *παντος* dicitur *pandos*, et non *pantos* per taf.

CAPITULUM SEPTIMUM.

De numero litterarum latinarum.

Hijs habitis circa sonum et figuras et nomina litterarum grecarum, nunc videndum est de numero et hoc per comparacionem ad litteras latinas. Nam euidencior erit consideracio. Primo considerande sunt latine littere. Sciendum igitur quod latini habent 20 sonos litterarum latinarum differentes substancialiter quamuis de figuris et de sonis accidentalibus et de nominibus sit aliter: sed vis et potestas littere consistit in sono sillabe secundum quem dicitur vocalis vel consonans simplex vel duplex siue habeat nomen ei impositum siue non: siue propriam et vnam habeat figuram siue non. Occurrunt ergo primo 17 videlicet a b c d e g i l m n o p r s t u x. Et primo acceperunt a grecis 16, scilicet omnes preter x. Acceperunt dico quantum ad sonum non

¹ Cf. p. 7.

quantum ad figuram et nomen, quia alia nomina et figuras habent in multis greci et latini. Postea considerauerunt latini quia x littera quantum ad figuram simplicem eis defecit, acceperunt ipsum a grecis quantum ad sonum, licet quantum ad nomen et figuram mutauerunt. Sicut enim greci dimiserunt duplicem consonantem que sunt compositione huius littere xi apud eos et acceperunt vnam figuram scilicet huiusmodi ξ, sic latini dimiserunt huiusmodi duas consonantes et acceperunt vnam figuram scilicet x, quia melius sonat x quam g et s, vel c et s, ut dicit Priscianus. Sed licet quantum ad nomen et figuram vnicam ac propriam non habent latini aliquam litteram pro psi greca littera; nihilominus tamen habent sonum eius quem figurant vt possunt per ps vel bs ex quibus componitur: licet tamen non ita bene exprimatur sonus hic per componencia diuisi accepta sicut per compositionem eorum in vno. Vnde Priscianus dicit ψ litteram molliorem et volubiliorem et expediciorem et meliorem habere sonum quam ps vel bs ex quibus componitur. Sicut igitur habuerunt latini sonum huius littere x per plures figuras ante inuencionem figure simplicis, sic habent sonum huius figure ψ per duas figuras representandum licet adhuc non habent vnam figuram simplicem ad hoc. Nec etiam huic sono est nomen apud latinos impositum: sonus igitur latinus est huius littere psi ψ et in latinis dictionibus aptus et ideo quantum ad littere potestatem substancialem erit hec littera inter latinas computanda, cum prioribus igitur decem et septem et sono huius littere psi addito sunt 18. Sed adhuc duo soni sunt, scilicet v et j consonantes, que faciunt nouas litteras secundum soni potestatem et alias a se ipsis quando sunt vocales, et omnino, alias ab alijs omnibus, et licet v consonans habeat congratum sonum cum f littera propter quod antiqui vsi sunt v consonante aliquando loco eolici digamma quod est ipsum f. Tamen cum ostensum est quod p et f habent eundem sonum secundum sillabam, erit sonus huius littere v consonantis alius a sono eius quod est f, quia aliter sonat v consonans et p. Et quamuis j consonans cum g aliquando habet sonum conformem vt cum dicimus: *legerat* et *Iesus*, tamen g littera alias habet sonum proprium diuersum

ab j consonante ut gallus. Et quia sic v et j transeunt de sono vocalis in consonantem, dicit Priscianus, meo iudicio non sunt accipienda in eisdem elementis sed omnino diuersis prout sunt consonantes et vocales. Et sic quantum ad sonum sunt diuersae litterae, hoc est diuersa elementa, si proprie loquamur, licet figurae et nomina sunt eadem. Sicut enim k et g et c sunt idem elementum quia habent eandem soni substantiali potestatem, sic v et j cum mutant sonum substantialiter quando sunt vocales et consonantes, erunt diuersa elementa licet idem potestatem retineant nominis et figurae; ita arguit Priscianus.

Non sunt quidem plures soni litterarum differentes secundum substantiam apud Latinos pro sermone Latino quamvis soni accidentales sint alij. Nam non est f littera alia a p secundum soni substantiam, figura enim de phi littera Graeca eis defecit, et quia in Latinis dictionibus oportuit [e]os vti littera consimili, acceperunt ab Eolibus, quibusdam Graecis, figuram quae est gamma duplicatum. Habet enim vnam lineam descendentem super quam aliae lineae prominent ad angulos rectos sic F; et ideo uocata digamma quasi duplex gamma in eadem figura confusum, et vocatur eolicum digamma, quia apud Eoles, quosdam Graecos, istud digamma scribebatur pro pi aspirato. Sed alij Graeci postea usi sunt phi littera pro pi aspirato. Antequam enim fuit phi littera inuenta, scribebant Graeci pro ea, pi et aspirationem scilicet dasiam, sic πϕ, sed postea inuenta est vna figura pro pi aspirato, sicut habuerunt digamma pro eodem pi aspirato. Et Latini acceperunt digamma ab eis et vocauerunt f litteram. Si igitur consideramus sonum litterae huius, manifestum est quod non est noua littera ab eo quod est p nostrum vel a pi Graeco, quia aspiratio non mutat substantiam litterae sed accidentaliter tantum; quapropter f non est diuersa littera secundum substantiam soni a p et pi, sed eadem, licet nomen et figura diuersificentur, sic enim arguit Priscianus; et ideo f litteram non ponit in numerum litterarum secundum substantiam soni nisi quantum ad nomen et figuram et quendam sonum accidentalem quia f littera non est pronuncianda fixis labiis quomodo p aspiratum ut dicit Priscianus. Et hoc est

quia phi generatur per separacionem labiorum, que figuntur secundum suos situs diuersos et proprios propter separacionem, sed f generatur in coniunccione labiorum et ideo non in fixatione secundum situs proprios, et sic patet solucio ad objectionem que posset fieri de f littera quia adhuc propter eam non augmentatur numerus litterarum quod dixi.

Et licet latini ponant in alphabeto k et q tamen non sunt alia littera in sono ab ipso c littera sicut dicit Priscianus. Et ideo non debent computari inter litteras substancialiter differentes. Et Jeronimus dicit in interpretacionibus quod latini non vtuntur k littera nisi in kalendis. Et nulla lingua habet q litteram nisi latina, vt ibidem dicit. Propter quod secundum ipsum Jeronimum, sicut secundum Priscianum, superfluent k et q quantum ad soni substanciam, et precipue k quia q aliquando accidentaliter deseruit latinis ad designandum quod v vocalis, sequente alia vocale, amittat vim suam in metro et non habeat plenum ac ut de duabus sillabis aliquando fiat vna, ut cum dicitur *cui* in prosa et communi sermone, pronunciamus duas sillabas, sed in metro sonamus *qui* pro *cui*, et fit una sillaba; similiter scriberetur et diceretur *cuis* pro hoc nomine *quis* tam in prosa quam in metro; essent due sillabe et v remaneret in virtute sua et ideo scribitur per q et fit vna sillaba. Et v vocalis amittit vim suam tam in prosa quam in metro, sed hoc ut dicit Priscianus non facit novam litteram et aliam a c: quia consimilem facit hec littera g in hoc nomine anguis et huiusmodi, et tamen remaneat eadem littera que alibi.

Quod autem latini utuntur z et y greco, hoc non est propter latina uocabula scribenda, sed propter sola greca, ut Priscianus dicit, et ideo quantum ad sonum non sunt littere latine. Et sic dicit Priscianus quod in grecis uocabulis, tempore suo et antiquitus, scripserunt pi litteram et dasiam in linea pro phi et f litteram in latinis dictionibus, unde hoc nomen Orpheus solebant latini scribere sic $\text{or}\pi\text{-eus}$. Et hoc nomen Pheton similiter sic $\pi\text{-eton}$, sed postea scripserunt per litteram ph greca uocabula, et per f latina, ut filius et filia et filium et huiusmodi scripserunt. Hec eciam figura que est h non est littera, sed aspiracionis nota.

Ex hijs omnibus patet numerus litterarum latinarum quantum ad sonos substancialiter differentes, quoniam sunt 20 ut declaratum est, et addunt¹ 3 figure habentes sonum diuersificatum accidentaliter a predictis, uidelicet, f, q, k, et pro greco sermone scribendo adduntur due littere uidelicet z et y grecum. Figure uero latine pro litteris sunt 22, uidelicet 17 in principio posite, et f et q et k, que sunt 20, et figura composita ipsius psi ex s et b, vel s et p, et z que est figura latina licet sonus sit grecus, figura y uero greci est greca sicut sonus, et h non est figura littere sed aspiracionis. Hec de alphabeto latino propter euidenciam greci recitauit.

Sunt autem apud grecos soni litterarum 20, scilicet

1	2		3	4	5	6	7
alpha	beta	quod est b	consonans,	gamma	delta	epsilon	zita
							iota
8	9	10	11	12	13	14	15
kappa	labda	my	ny	xi	o	pi	ro
							sima
							taf
							psi
							et v
							vocalis ac
							20

v nostrum. Sed figuraciones sunt 25 si vnam compositam attendamus. Omnia hec patent si consideremus tria, scilicet quod bita sonat semper v consonantem apud eos; et v vocalis habetur per figuracionem compositam ex o et ypsilo; et b consonans habetur per pi² quando sequitur my et ny ut dictum est superius. Nec obstat quod non semper habent illum sonum per ipsum pi sed aliquando, quoniam nec nos habemus semper sonum v consonantis nec v vocalis per figuram ipsius v sed aliquando sic, aliquando aliter. Et similiter de i vocali et consonante et tamen v vocalis et consonans sunt diuersi soni secundum veritatem. Et similiter i vocalis et consonans. Si dicatur quod pi littera non habet sonum de b nisi ex coniuncctione eius cum my et ny et non de se, similiter dico quod v vocalis et consonans et j similiter non habent nisi ex certa ordinacione eorum cum alijs litteris. Et considerandum est quod cum per eandem figuram habetur v vocalis et consonans, multo magis per eandem figuram possunt haberi soni duarum consonancium: ut per figuram ipsius pi habeatur sonus de v et p. Nam plus differunt vocalis et consonans, quam due consonantes.

¹ So in MS.

² Cf. pp. 7, 48.

Et licet non manifestetur quando *v* est consonans vel vocalis nisi per coniunctionem eius cum alijs, tamen ex sua natura est, quod potest sic et sic sonare; et similiter est de ipso *pi*. Manifestandum enim est ex coniunctione; sed potestas soni ex natura littere. Ex hijs autem et predictis de alphabeto latino, patet quod quantum ad sonos litterarum differunt greci et latini hoc modo; greci enim non habent *j* consonantem quam habent latini, sed omnes alios sonos habent litterarum latinarum. Et latini habent omnes sonos grecos preter sonum huius littere *zita*. Et ideo conueniunt greci et latini in sonis substancialibus preterquam in duobus quorum vnus deest grecis, et alter latinis, ut dictum est. Figuraciones autem et nomina differunt multum vt patet. In aliquibus conueniunt. Et *z* latine deficiunt grecis vt nunc tactum est.

Quod autem alie littere computentur in alphabeto grecorum sciendum est quod non sunt substancialiter differentes in sono a predictis. Nam *thita* non differt a *taf*, nisi per aspiracionem, que non mutat sonum littere substancialem. Similiter ita vel non differt ab *e* nisi per longitudinem soni, et longitudo est accidens que non facit differenciam essencialem soni sicut nec accentus, nec aspiracio, vel per longitudinem hanc determinatam differt ab *iota* quod est indifferens secundum quod

moderni greci utuntur hoc elemento ita pro *j* longo. *Ypsilo* uero similiter non differt substancialiter in sono ab *iota*. Nam

non differt nisi penes tenuitatem soni ab eo. *Phi* uero a *pi* non differt nisi pro aspiracione que littere rationem substancialem non mutat.

Similiter nec *chi* a *kappa* differt nisi

per aspiracionem, et *omega* non differt ab *omicron* nisi in quantitate figure et in longitudine et hec accidunt. Quapropter non sunt tot littere differentes substancialiter secundum sonum, sicut numerantur in alphabeto grecorum. Et tamen

computantur magis inter litteras quam *dasia*, et *psili*, quia *dasia*

et *psili* non habent de se rationem vocalis nec consonantis,

sicut nec h apud nos, vnde nunquam sonant hec nisi cum litteris
 inseruntur pronunciando. Sed thita preter aspiracionem habet
 sonum de taf et sic de phi et chi respectu pi et kappa. Et
 preter longitudinem ita habet sonum de iota et de e quinta
 littera, et ypsilo habet eiusdem iota sonum, licet debilitatum.

Et omega preter longitudinem habet sonum ipsius omicron
 secundum substantiam. Quapropter computantur inter litteras,
 licet note aspiracionum non sic. Et licet littere quantum
 ad sonos substantiales non sint nisi 20, tamen propter sonos
 accidentales et propter vnam compositam figuram compositam
 pro sono substantiali sunt 25 figure. Nam 19 sunt figure
 simplices in alphabeto posite pro sonis substantialibus licet
 sint 20 soni. Nam per π figuram habetur sonus b et p
 nostrorum, et deficit figura simplex pro v vocali, additur eciam
 figura composita pro illa $\upsilon\upsilon$, ut sint 19 figure pro sonis sub-
 stancialibus et pro accidentalibus adduntur 6 figure scilicet

θ η υ χ ϕ ω
 thita ita ypsilo chi phi omega. Quapropter sunt 25 in vniuerso.
 Dicitur vna que composita est non numeratur in alphabeto.
 Computaui autem hic vnam figuram compositam, licet multe
 sint alie videlicet per diptongos. Sed hoc potui et debui
 magis propter sonum principalis littere videlicet v vocalis que
 non habet figuram simplicem in alphabeto sicut alie littere que
 variantur accidentaliter per diptongos. Si tamen uelimus nihil
 omittere de contingentibus possumus tunc addere figuras
 compositas 3 pro j littera ut patet in diptongis et vnam pro e.

Alie autem 3 residue diptongi proprie que sonant a cum v
 consonante et ita cum v consonante et e cum v consonante
 non sunt figure litterarum sed magis sillabarum. Cetera tamen
 tres improprie diptongi sunt figure litterarum quia non sonant
 nisi sicut figure simplices ut patet. Et hee figure composite
 sunt 7, quas si prioribus addamus erunt figure litterarum
 grecarum 32. Sed simplices ponuntur in alphabeto, composite
 uero adduntur per diptongos. Quamuis autem gamma et

kappa et pi et taf geminent sonos, tamen illi soni litterarum alphabeti nec renouantur noui soni, qui alias non habentur, nec per hoc renouantur figure noue, ideo ex hac parte non accidit aliud de predictis immutandum. Et sciendum quod in alphabeto grecorum, note aspiracionum non computantur a modernis grecis inter figuras alphabeti sicut h nostrum computatur, quia non scribuntur note aspiracionum grecarum in linea scripture inter litteras apud grecos modernos, sed supra litteras aspirandas, sed h nostrum scribitur in linea inter alias figuras litterarum et ideo computatur in alphabeto inter figuras quamuis non sit littera; sed note aspiracionum grecarum non sic apud modernos, licet apud antiquos scribebantur inter alias figuras litterarum ut superius dictum est.

Quoniam vero scribuntur omnia per litteras, turpe est si professor litterarum alicuius lingue ignoret artem scribendi nomina suarum litterarum, propter quod hic in fine volo declarare qualiter modus scribendi hec nomina inuiolabilis observetur. Superius quidem in parte prima sunt ipsa nomina scripta, sed ars scribendi non est ibi expressa, et ideo si ex vicio scriptorum corripatur¹ scriptura, exemplarium vnde scriptorum, quod sepe accidit, non sufficit scriptura prehabita, sed necessaria est ratio scribendi quam hic volo presenti capitulo inserere secundum quod in grammatica greca Herodiani diligenter interscripsi.

Hoc igitur nomen alpha habet grece scribi per phi in primo ultime sillabe, et aspirari per sylen et acui in prima sillaba per notam accentus acuti sic *ἄλφα*, beta habet scribi per ita et circumflecti in prima sillaba sic *βῆτα*, gamma habet scribi per duplicem my et acui in prima sillaba sic *γάμμα*. Delta habet acui in prima sillaba sic *δέλτα*, epsilon aspiratur per sylen sic *ἐ*, zeta habet scribi per ita et in prima sillaba circumflecti sic *ζῆτα*, ita habet scribi per ita et aspirari per sylen et circumflecti sic *ῥητα*, theta habet scribi per ita et in prima circumflecti sic *θῆτα*, iota habet scribi per omega et in prima aspirari per sylen et in media circumflecti sic *ῶτα*, kappa habet scribi per duo pi et acui in primo sic *κίππα*, labda

¹ So in MS.

habet scribi per vita et acui in prima sic *λάβδα*, my et ny habent scribi per ipsilo et circumflecti sic *μῦ*, *νῦ*, xi scribitur per iota et circumflectitur sic *ξῖ*, omicron aspiratur per sylen sic *ο*, pi scribitur per iota et circumflectitur sic *πῖ*, ro scribitur per omega et aliquando per dasiam et circumflectitur sic *ρῶ*, sima scribitur per iota et acuitur in prima sic *σίμα*, taf scribitur per diptongon ex alpha et ypsilo et circumflectitur sic *ταῦ*, phi et chi, psi scribuntur per iota et circumflectuntur sic *φῖ* *χῖ* *ψῖ*. Et omega circumflectitur sic *ῶ*.

¹ ἄλφα	βῆτα	γάμμα	δέλτα	έ	ζῆτα	ῆτα		
a	β	Γ. γ.	Δ δ	έ	ζ	Η. η.		
θῆτα	ἰῶτα	κάππα	λάβδα	μῦ	νῦ	ξῖ	ὀ	
θ	ι	κ	λ	μ	ν	ξ	ο	
πῖ	ρῶ	σίμα	ταῦ	φῖ	χῖ	ψῶ	ῶ	ύψιλο
π	ρ	σς	τ	φ	χ	ψω	ω	υ
φῖ	χῖ	ψῖ						

DISTINCCIO TERCIA.

In qua excito latinos studiosos ad considerandum multa erronea, que sepius vulgantur, circa consideracionem alphabeti.

Et habet capitula.

Primum est ut caveatur a multis que dicuntur in tractatu grammaticæ, que dicitur esse Aristotelis² translata in latinum, cum non sit eius.

CAPITULUM [PRIMUM].

Cum jam secundum quod estimo congruere grammatico exposui ea que pertinent ad substanciam litterarum, ut de potestate soni substanciali et de distincione et numero earum tam latinarum quam grecarum: nunc volo quasdam falsitates evacuare juxta dicta.

¹ The forms of the letters as found in the MS. are printed pp. 7, 14. It did not seem necessary to reproduce them here.

² Cf. p. 68.

Et¹ primo descendo ad ea que scribuntur in tractatu grammaticæ qui incipit sic: "sciencia est ordinatio depicta in anima uniuersitatis et diuersitatis causatorum." Aliqui enim nimis in ipso confidunt, et errant et per eum alios ducunt sepius in errorem. Non potest esse Aristotelis ut estimatur a pluribus, nec alicuius greci, quia non traditur greca grammatica secundum formam grecam immo magis secundum latinam; licet aliqua greca aliquando ibi tangantur. Sed constat grecam grammaticam more greci ab autoribus tradi. Non igitur fuit hic tractatus factus in greco, nec a greco translatus, sed aliquis latinus ipsum ex proprio capite compilauit. Dicit enim pluries quod nos latini sic vel sic facimus et greci aliter, quapropter latinus fuit hic compositor et non translator, quia translatores non ponunt in textu aliud nisi quod inueniunt in textu alterius lingue a qua conuertunt libros autenticos in latinum.

Deinde non potest esse Aristotelis, nec alicuius sapientis quoniam ille qui composuit errat in substantia et in modo. Quantum enim ad modum erroneum: ipsemet dicit "excedo igitur artis metas et sciencie terminos dicendo de natura vocis et soni modo methaphisico"; cum igitur ipse suum errorem in modo tractandi asserit, et procul dubio excedit statum artis grammaticæ, manifestum est quod non est hic tractatus Aristotelis nec alicuius sapientis; ceterum ipse diuisione omnium scienciarum rimatur suo modo ut descendat ad grammaticam, sed grammaticus non indiget hac diuisione in tradendo grammaticam. Nec autores grammaticæ sic faciunt nec fieri debet aliquo modo. Quia cum grammatica sit prima scienciarum in via doctrine, non potest discipulus in grammatica intelligere proprietates scienciarum posteriorum que adhuc sunt ei ignociiores quam grammatica, et ideo stultus est qui in docendo grammaticam premitit diuisioni aliarum scienciarum, et ideo suppono quod hic tractatus non est alicuius sapientis, sed illius, qui ea que magis estimauit scire, quam sciuerit, gloriabatur se curiosius ostentare.

Preterea nulli sapienti dubium est quin fere omnia que

¹ *Marg.* Contra grammatic: Aris:

dicuntur in diuisione scienciarum et de generatione et potestate et proprietatibus litterarum sint aut falsa aut inania aut absurda. Et hoc ex tractatu meo methaphisico, et aliis tractatibus distinguentibus sciencias planius elucescit.

Et ideo hic non disputo contra hunc tractatum quantum ad diuisionem scienciarum, sed in methaphisica et alijs elido omnia que hic dicuntur tanquam stulta et erronea proposita ultra modum. Pertinet eciam ad naturalem philosophum et ad metaphisicum et ad musicum dare causas in generatione soni et vocum, et possibilitatem omnium dare cum rationibus propriis, et ideo grammaticus non potest nec debet se intromittere de tanta sonorum et vocum profunda inquisitione, sed declarare debet que sibi necessaria sunt in sua doctrina et remittere maioribus scienciis altiora. Nam pono exemplum: grammaticus potest declarare quod tot littere sunt in lingua tali uel tali et dare conuenienciam et diuersitatem earum secundum diuersas linguas. Sed non potest docere causam quare non est possibile ut plures littere sint siue de vocalibus siue de consonantibus conferamus. Scimus enim quod in nulla lingua sunt nisi quinque vocales differentes in soni potestate substanciali. Sed causam dare quare non possunt esse pauciores nec plures nuncquam purus grammaticus poterit ex sue sciencie potestate. Et ideo stultum est quod alijs scienciis est proprium, in tractatu grammaticæ complantare, nec discipulus grammaticæ valet has causas concipere quoniam sunt de proprietate magnarum scienciarum quas capere non potest. Instrui indiget in grammaticæ rudimentis.

Demitto igitur multa grandissona que in generatione soni et vocis ascribit luci celesti et ceteris virtutibus celestium corporum, quia alibi reprobata sunt nec posset ista grammaticus estimare.

Sed tamen quod dicit esse septem motus in corporibus iuxta quos septem vocales sunt, non solum est falsum pro numero motuum quos male respexit, sed pro numero vocalium; quoniam non sunt nisi quinque differentes secundum speciem et secundum substancialiam soni ut quilibet experitur in propria pronunciacione. Et nulla lingua plures habet nec potest habere sicut in methaphisicis meis lector potest repe-

rire. Et cum velit quod tot esse debeant, licet secundum diuersitatem complexionum in nacionibus diuersis non fuerint omnes apud singulas gentes, errat multipliciter sine causa. Nam cum dicat in greco esse septem annumerans ita et omega et ypsilo cum a e j o breui, jam accipit distingcionem in parte secundum sonos accidentales et in parte secundum essenciales. Quare improprie et male distinguit duo; falso quia ea distincione qua o ab alpha distinguitur non potest omega ab omicron distingui. Quod tamen oportet his obseruari, si vera esset distincio quam ponit. Si enim vult connumerare sonos accidentales, certe potest quilibet vocalis habere decem sonos ut prius expositum est, ergo erunt quinquaginta vocales penes diferencias longitudinis et breuitatis et aspiracionis. Deinde cum dicat ypsilo apud grecos et v apud latinus habere eandem potestatem, mentitur pluribus modis, quia ypsilo sonat j et non v, atque v non habetur per figuram simplicem sed compositam apud grecos. Ceterum sonus substancialis v littere est communis greco et latino. Sed sonus huius littere ipsilo non convenit vocabulis alicuius lingue nisi grecis tantum. Cum eciam dicit quod s littera non liquescit nisi quando est tertia consonantium post vocalem in eadem sillaba, hoc falsum est multis modis; nam ostensum est per autores, quod liquescit tripliciter vbi hic casus accidit. De numero vero litterarum grecarum manifestum est quod absurda dicit et falsa, sicut predicta lucide manifestant. Has falsitates volui annotare in hoc tractatu [cetera invenies p. 68].

CAPITULUM SECUNDUM.

De erroribus circa scripturam per litteras alphabeti, sed precipue de quibusdam que scribuntur per ypsilo.

Oportet eciam alios errores excludi iuxta predicta et dariam ad multa remedia contra falsam scripturam et pronunciacionem vocabulorum grecorum secundum racionem orthographie jam exposite. Quoniam enim latinorum paucissimi sciunt racionem greci sermonis et tum tota lingua nostra est pro maiori parte composita e grecis vocabulis, et

voco greca omnia que formam greci retinent in lingua nostra, ut hora et spera et sic de alijs, vel que mutata sunt accidentaliter in formam latini sermonis sicut *bos*, *ager*, vbi grecus dicit *bos*, *agros*, et huiusmodi de qua diuersitate euidentius patebit inferius. Ideo volo in hoc tractatu inducere vocabula multa in quorum scriptura et pronunciacione multum erratur et per consequens similiter interpretacione et in sensu. Quatinus data via corrigendi ista, potest lector multa pluraliter proficere circa greca vocabula cognoscenda. Et primo iuxta racionem alphabeti, debemus scire quod maxime deuiant latini circa ypsilo et ita et epemte et circa omega et omicron. Nam ypsilo, vt dictum est, non potest poni nisi in grecis vocabulis. Sed latini ignorantes grecum scribunt ipsum in latinis et in hebreis et in multis

grecis que per ita et per iota et ^{diphthongos} *δυφθωνγος* sonantes iota vel ita scribuntur. Et ea que scribit grecus per ita et nos deberemus scribere per e longum, proferuntur passim per epemte quod est breuem, et e conuerso. Et similiter que per o breue scribuntur apud grecos, latini proferunt per o longum et e conuerso. Ex quibus accidit error multiplex, sed quantum ad vocabula penes ypsilo scribenda vel non, locus hic est. Deinceps uero demonstrandum est de alijs litteris longis et breuibus nunc tactis, quando scilicet ad prosodias veniendum est, quia ibi de longis et breuibus multa dicentur et similiter de accentibus et de aspiracionibus litterarum. Et per totum hunc tractatum in omni distincione et capitulis singulis patebit magis ac magis ratio vocabulorum grecorum et clarius relucescent.

Nunc ergo ponam capitula duo de vocabulis scribendis per ypsilo et de leni exposicione eorum quantum necessarium est hic, quoniam postea suis locis uberius exponetur.

Et deinde inferam alia capitula circa vocabula greca, in quibus indifferenter per quascunque litteras orthographia destruitur per malam scripturam et pronunciacionem, et interpretacio deficit, et in sensu turpiter et multipliciter oberratur.

Per ordinem igitur litterarum alphabeti ponam vocabula

multa et que maxime sunt in vsu latinorum que scribenda sunt per ypsilo incipiendo ab alpha, ut abyssus quod est profunditas sine candore; azymum sine fermento; †allolyphus† [allophylus], quod est homo tribus aliene; amethystus, a quo amethystinus na num, qui est lapis quidam preciosus; anaglypha id est superius sculpta, et habet accentum in penultima de quo suo loco dicetur plenius, quia habet quasdam difficultates que non sunt hic proprie sed alias ut scietur; apocalypsis, quod est reuelacio; apocryphum, quod est absconditum; argyrion quod est argentum, a quo philargyria quod est auaricia; asylum, quod est refugium et asylus; Astyagus, quod est nomen proprium; et asyntricus; assyria regio transmarina, a qua assyrius; asymphonia, hoc est dissonancia; achyron, palea.

Per b litteram sunt huiusmodi:—Babylon, ciuitas regia in oriente, in qua reges babylonii, de quibus historie plene sunt, regnauerunt; bary, quod est graue, unde barytona apud Priscianum, que sunt grauis accentus et barya quod est accentus grauis quod superius positum est; basyleus est rex quod scribitur per diphthongon ex epemte et ypsilo sic βασιλευς; beryllus, lapis preciosus inter duodecim ut famosos nominatos apud scripturas autenticas, sed preter hoc vulgus nunc temporis corpora rotunda crystallina vocat beryllos; Bithynia, regio in Grecia; butyrum; notum est botrys quod est botrus apud nos; βους per ypsilo scribitur quod est bos apud latinos; brachys in masculino et feminino dicitur breuis et brachy est breue quod superius positum est in parte prima; brycho est strideo inde bruchus in psalmo¹ quia stridet in sono; byssus est linum candidum a quo byssinus, a, um, et abyssus ab a quod est sine et bysso.

Per gamma sunt huiusmodi:—gazophylacium locus thesauri; glycy, dulce; glyphe, sculptura a quo anaglypha; gryps grypis alias quadrupes et volatile; gymnasium locus exercitii ut studij, lucte et alterius, a quo gymnosophiste, quidam sapientes qui philosophantur in India, nudi, propter calorem superfluum; Gortyna proprium nomen; gyrus gyri est circuitus vel circulus, a quo gyro gyras, quod est circuire.

¹ Ps. civ. 34 Vulg. Dixit, et venit locusta et bruchus, cuius non erat numerus.

Per delta sunt huiusmodi:—delyro quod est discordo; didymus quod est geminus vel gemellus; dynamis virtus vel potencia, et dynastia summa potestas; dyo duo; sed dia, quod est de, non scribitur per ypsilo sed per iota, in quibus duobus et in eorum compositis et deriuatis multipliciter erratur vt in sequentibus exponetur; dysentria, fluxus.

Per epemte sunt huiusmodi ut Egyptus; Elymais proprium nomen et elymas; empyreum vt celum decimum; epistylum, capitulum columne; epithymia est desiderium ut in glosa Leuitici tercio, a quo epithymiton concupiscencia, Ezechiel primo in glosa; ethymon est verbum, a quo ethymologia sine aspiracione, et est etymologia verus sermo interpretacionis alicuius vocabuli ut etymologia philosophus est amator sapientie, et philosophie etymologia est amor sapientie, nec scribitur per aspiracionem ut communiter dicitur.

Per zita sunt pauca, vt zelotypia quod est suspicio de sponsa, et zelotypus, de sponsa suspiciosus; zymi est fermentum unde azymus, ab a quod est sine, et zymi.

Per thita scribuntur hec thyina, ligna quedam thyiniana; tus, incensum ex quatuor speciebus compositum, que sunt stacte, onix, galbane, et tus, de quibus in exposicionibus vocabulorum dicitur, thyinianiateria, vasa thyinianiatis; thymos, ira, thymicon irascencia; thyrsus, herbarum olerumve medius frutex; item thyrsus est genus cymbali in modo fenestre quadrate, thyrsus eciam dicitur ramus cum frondibus quo vtebantur in sacrificiis Bachi.

Per kappa, quod est k nostrum, non est nisi kyrios, quod est dominus in usu latinorum ut superius tactum est. Sed loco kappa nos utimur c littera in nominibus grecis scriptis per kappa. Sunt igitur per y grecum scripta huiusmodi vocabula:—calypto est velo et apo est re in apocalypsis, quod est revelacio; catachlysmus est diluuium vel inundacio; Coelessyria quod sonat Celessyria est prouincia transmarina; collyrium medicina pro oculis; collyrida est crustum; cripto est abscondo vel celo vel condo, a quo apocryphum et crypta que est cauea abscondita; crystallus grece in uno sensu et primo est glacies latine, secundo dicitur lapis gemmeus qui

nomina

notus est. Dicitur et crystallum neutri generis, quod idem significat quod hic crystallus, vnde dicitur crystallinus crystallina; vnde et cyatus quod est calix vel crater et cymbia similiter; cyclus est circulus, a quo cyclas quod est vestis et insula vnde insule quedam in mari magno dicuntur Cyclades; cygnus notus est; cyma est fluctus; cymbalum est instrumentum musicum; cyminum notum est; cynos est canis a quo cynicus caninus et cynoglossa, lingua canis, herba quedam, et cynomia musca canina; cypressus quod latine dicitur cupressus; Cyprus est insula et est arbustum aromaticum a cypro insula; Cypriarches; Cyrene est ciuitas Affrice a quo Cyrenenses illius ciuitatis homines; Cyrinus et Cyrus sunt propria nomina.

CAPITULUM TERCIVM.

De residuis vocabulis que scribuntur per ypsilo.

Per labda scribitur hoc Libya que est Affrica; Lybuades; Lyconia quod nunc Jconya dicitur cuius dominus est soldanus Iconye; Lydia, regio in oriente a qua Lydi; Lydda, ciuitas; Lycia, regio; lycos est lupus in lycisca que generatur ex lupo et cane et lyciscus similiter; lymphæ, aqua; lyo est soluo; lysis, solucio in paralysis et paralyticus cuius membra dissoluuntur et laxantur; lyra, cythara, quod dicitur a lyrin quod est varietas *απο του* a quo lyricus, et delyro quod est discordo; Lysanias, proprium nomen est et Lysias ac Lysimachus; Lystra, nomen loci; lychnos, lucerna; lychinium linum seu filum lucerne quod flammatur, lychnia, candelabrum, et lignum dicunt venire a lychnos.

Per my scribuntur huiusmodi:—martyr quod est testis; Mitylene, ciuitas; Moyses; Mydo proprium nomen; mygale¹ est dolosum rapax ingluuiosum, sic habetur in glosa leuitici undecimo; myron est unguentum, a quo myrrum in usu latinorum; myron est myrra; mysticum est occultum, secretum sacratum, vnde mysteria dicuntur sacramenta et secreta; mythos est fabula, sed tamen mitos per iota est filum, sed

¹ Lev. xi. 30 mygale, the shrew-mouse, Douay: ferret A.V.: gecko R.V.

vnum per errorem accipitur pro alio et in simplicibus et in compositis et in deriuatis.

Per ny sunt huiusmodi:—neophytus quod est nouiter plantatus in officio vel religione vel alibi quasi nouicius; nycticorax, quod est bubo; nyx, quod est nox; nympa est dea fontis et dicitur sponsa noua, nymphios est sponsus, sed latini in hoc nomine nympa mutant ny in labda et dicunt lympha pro aqua; noys, quod est mens vel sensus, scribitur per omicron et ypsilo per diphthongon sic *νοϋς*, unde notus est nus monosyllaba dicio, sed tamen eius datiuus est νοῖ dissillabum licet scribatur per omicron et jota: sed non est diphthongus, propter quod duo puncta scribuntur super iota, sic *νοῖ*, secundum quod in precedentibus dicebatur; ny etiam est ipsa littera greca quo nomine vtuntur latini in grammatica greca et scribitur per y grecum vt superius est pretractum.

CAPITULUM TERCIVM.

De residuis vocabulis scribendis per ypsilo.

Per omicron quidem scribuntur aliqua vt Olympias, quod est nomen proprium mulieris, et est quaternalis agon quem statuit Hercules pro exercicio cursus; Olympus, mons; onyx onycis quod est vnus de lapidibus preciosis duodecim, similis humano vngui a quo onythius; oxigonius vt triangulus habens omnes angulos acutos; orthygometa quod est coturnix, et accentus acutus cadit in penultima, vt inferius exponetur, licet vulgus grauet penultimam; oryx orygis est aliquid mundum et commestibile quod in lege veteri concessum est sicut Jeronimus dicit, licet aliqui glosatores pro immundo reputabant.

Per pi sunt huiusmodi:—papyrus, quod est †iunctus† [iuncus]; Pamphylia, quod est nomen regionis in oriente; pisteuo scribitur per ypsilo et epemte sic *πιστευο*, quod est credo; parasytus est leuator in cibo; polys, multus multa, poly, multum, a quo polyandron, sepulcrum multitudinis; polymitus, ta, tum, est vt vestis multorum filorum diuersi coloris; polysyllaba, dicio plurium sillabarum; polis, ciuitas

non scribitur per *y*-grecum, nec composita nec deriuata ab eo, per cuius ignoranciam multiplex error accidit in multis; porfyriion dicitur a multis pelicanus, sed falsum est ut probabitur inferius, dicit vero Papias quod est auis alba similis cigno; prototypus est prima figura vel primitiua species; pyr est ignis, a quo pyra quod est lignorum congeries ad comburendum; pyramis, corpus habens latitudinem in imo et acuitur paulatim usque ad acumen completum in summo vt campanile; pyrata, raptor in aqua, et proprie qui comburit naues, sumitur tamen communiter pro omnibus raptoribus et predonibus marium et fluuiorum; pyxis nota est; pyxos est buxus et mutatur lenis in mediam scilicet pi in bita.

Per *r* pauca inueniuntur. Ryo est fluo, inde resyna, humor quidam fluens de cortice ligni; rysis est fluxus a quo reuma, quod sumitur pro humore superfluo distillante a capite, et scribitur per diphongum ex epemte et upsilo; rythmus est uersus, iunctura, modulacio.

Per *s*ima sunt huiusmodi:—sycomorus, ficus fatua; sycophanta, falsa calumpnia; Cycione ciuitas metropolis in regno Cycioniorum in Grecia, quod fuit unum de quatuor famosis regnis a principio secundum historias; Sytyche, nomen proprium; *syn*, prepositio quod est *con* et omnia composita et deriuata ab eo, ut sillaba et syllogismus, sullepsis quedam figura grammatica non sylemsis ut scietur inferius; syntasma est congruitas; symbolum est collacio; symmacus est conpugnator; symmysta est cuius reuelanda sunt secreta; symphatia¹ est compassio; symphonia, penultima longa, est concors cantus in laude dei, sed symphonia, penultima correpta, est instrumentum musicum vt inferius exponetur; synchronos contemporaneus; symplagium est minimum rethe; synagoga congregacio; synaxis, hora qua congregantur monachi ad inuicem; synpcoma¹ est vicium contingens; synalipha collisio vocalis vel sillabe ubi *m* ponetur in fine diccionis vt inferius exponetur; syncategoreuma, consignificans; syncopa, concisio; syncrisis est figura confundens verba; syndesmos est coniunctio; synecdoche, concepcio; synchresis, quando due sillabe coeunt in vnam; synneptosis

¹ So in MS.

concidencia; synergus cooperator; syngrapho conscribo; syngrapha sunt conscripta; synodus concilium; synonyma sunt nomina plura consignificencia² vnum; sy[n]taxis per xi constructio vel coordinatio, et syntagma per gamma quod idem est, sed syntasma per sima nihil est nec syntasis per sima quibus vtuntur grammatici corrupte sicut inferius exponetur; syntheton est compositum; systole, contractio; syzygia, coniungacio; hec omnia componuntur a syn greca prepositione et plura alia que non sunt multum in vsu latinorum; Syntyche, nomen proprium; Syracuse, ciuitas famosa in Sicilia; Syria, regio transmarina, que multas habet sub se provincias, vt est Syria Palestina, in qua est Jerusalem, et Syria Fenicis, in qua sydon, et Syria Coele vel Coele Syria, in qua Damascus, et Syria Comagena, in qua Anthyoehia, et Asyria, que est maximum regnum inter Eufratem et Tigrim: priores Syrie sunt citra Eufratem, quem habent in oriente et mare magnum in occidente et ab aquilone Hermeniam Minorem que dicitur Cilicia, et a meridie Arabiam et superiora Egypti; syrinx est fistula, syro est traho, inde syrma tractus vnde apanu syrma de quo superius¹; et asylum quasi sine tractu, quasi asyrum, sed mutatur ro in labda; Sirces a syrio et sunt Syrces maior et minor loca harenosa et vadosa in litore Affrice vbi periclitantur sepe naues; sytos frumentum a quo parasytus.

Per taf sunt huiusmodi:—Tichicus, nomen proprium; tympanum est pellis extensa super duo ligna, et tympanum in alia significacione est modiolus rote per quem axis transit; typus est exemplum, forma, figura, hinc venit typicus sermocinalis figuratus, et archetypus quasi principalis forma vel principaliter formatus, vnde mundus archetypus in mente diuina; typho est tumeo a quo ventus typhonicus qui est periculosus et intumescens aquas; tyro est miles nouus; tyrannus est rex peruersus et crudelis.

Per ypsilo incipiunt diccionnes plures sed omnes aspirantur per dasian, quia nuncquam apud grecos incipit dicio per ypsilo nisi aspiretur per dasian propter tenuitatem soni sui. Sunt autem huiusmodi:—hyiacinctus² quod est quidam flos

¹ See pp. 11 and 12.

² So in MS.

aromaticus, et lapis preciosus quidam et nomen pueri; hyetos pluuiā a quo dicuntur hyades stelle pluuiāles secundum quosdam; hyales est vitrum a quo phyalā; hydor est aqua, a quo hydria vas aque, et hydropicus, et hydromela, quod est mulsum ex melle et aqua factum; hyle, materia et ahyla sine materia; Hymeneus, proprium nomen hominis et deus prepositus nuptiis; hymen, matrix; hymnus, laus dei cum cantico; *hyper* prepositio que significat *supra* et *super* et *propter* aliquando, componuntur et deriuntur multa vt hyperaspistes quod est protector; hyperbaton, figura barbarismi; hyperbole similiter; et hyperboreus a um a borea dictum quasi borealis; hyperlyricus, plusquam lyricus; hypermeter, versus hiperexcrecens; hyperiphanes super apparens; *Hypo*, greca prepositio quod significat *sub*, et ab eo componuntur et deriuntur multa, vt hypogeum, quod est sub terra occultum, vnde dicitur sol sub terra factus; hypographice est descriptio; hypodiaconus est subdiaconus; hypozeusis, figura barbarismi; et hypozigion, subiugalis; hypotheca, quod est res accommodata pacto vel caucione siue pignore; hypothesis est suppositio, vnde hypothetica propositio apud logicos; hypocrita et hypocrisis; hyponosticon, a nous quod est mens; hypopodion est scabellum sub pede; hypostasis in greco est proprie substantia licet theologi aliter nunc vtantur hoc vocabulo; hypostigme quod est subpunctatio, quia stigme est punctus; hysopus quod est herba valens pectori.

Per phi scribuntur huiusmodi:—Phrygia regio a quo phrygius et phryx phrygis, quod est idem quod phrygius; Phrygelus, proprium nomen; phylasso, seruo, inde phylacteria conseruatoria; phylaca est custodia, carcer vel excubia; phyton¹ est serpens valde magnus quem Apollo interfecit et ideo vocatus est phytius, et phytea sunt ludi celebres quos ipse constituit in memoriam tanti facti. Et quia Apollo fuit primus vates secundum poetas et diuinus siue diuinator dans responsa, ideo a phytio Apolline dicitur phyton qui est diuinator et incantator, et phytonicus dicitur inde et phytionissa diuinatrix.

Per chi scribuntur huiusmodi:—chrySION dicitur aurum et

¹ Python, Pythius, Pythia.

chrysos similiter, inde chrysoprasus lapis preciosus viridis habens guttas aureas, et chrysolitus similiter aurei coloris lapis, chrysostomus habens os aureum; chydra est cacabus; chytropedes¹ sunt vasa coquendi.

Per psi scribuntur pauca in quibus ypsilo habetur, sed tamen huiusmodi scribuntur per epemte et ypsilo, ut pseustis, mendax; pseudis, falsus; pseudos, mendacium, inde pseudo-graphus falsus scriptor, pseudopropheta, quod est falsus propheta, et pseudoapostolus, et pseudochristus; psyche est anima; psychea animale; psychomachia pugna anime. ^η*quia dicitur esse Aristotelis de greca grammatica quia tractator grecum olfacit valde aloge sed nihil dignum sciuit de eo vt omni homini scienti grecum manifestum est, atque hic tractatus meus illud edocet euidenter, nec tractatus ille factus debet dici de grammatica greca sed latina, cum totum sit latinum, et latino more traditum, nisi quod aliquibus locis facit de greco mencionem. Que tamen recitata in hoc tractatu methaphisicum et naturalem spectant et musicum de vocibus maxime falsa sunt, sicut in illis scienciis edocetur*.

CAPITULUM QUARTUM.

In quo fit descensus ad quedam vocabula in quibus aliunde accidit difficultas quam per hanc litteram ypsilo.

Satis exemplificatum est de vocabulis in quibus accidit error ponens hanc litteram ypsilo; nunc, in capitulis duobus sequentibus, volo adhuc exemplificare de aliis vocabulis secundum litteras diuersas, sed hic non sequar ordinem alphabeti, sed secundum quod occurrerunt mihi vocabula, precipue quia tractatum certum de omnibus vocabulis grecis que sunt in vsu latinorum, et in singulis scienciis, intendo suo loco ponere secundum ordinem alphabeti. Et ideo hic, vbi exemplariter declaro corruptionem orthographie, in grecis vocabulis grossomodo, negligo gratis ordinem dictum prosequi et maxime ne hic, extra locum proprium, videar in tractatum de grecis vocabulis cadere principalem, nunc

¹ chytropus, a charcoal pan with feet, Vulg. Lev. xi. 35.

² *Marg.* contra grammat: Arist. Cf. pp. 56 seqq.

* This passage is out of place. It would read well after *hoc tractatu*, p. 59.

referam sine ratione exquisita. Credat mihi lector donec inferius magis suo loco exponantur, et si mihi non credat, querat in autoribus et ab hijs qui in grecis idiomatibus sunt instructi. Gramma igitur per duplex my est littera vnde grammatica debet scribi per duplex m et sonari. Quintam uero litteram vocant grammatici latini epente per ny litteram, sed pente per ny est quinque, et pemte per my litteram est quintum, et ideo dici debet epente per my et non epente per ny. Similiter in greco 'est tagma per g non per s, et taxis, que idem sunt, scilicet ordo, vnde debet dici syntagma et syntaxis, que idem sunt, scilicet coordinacio vel constructio et ideo syntasis vel syntesis vel syntasma per s, corrupta sunt in vsum grammaticorum. Similiter lempsis vel leuma¹, que sunt idem, scilicet capcio, vnde debet dici sylepsis quod est concepcio, et prolepsis quod est presumpcio, que sunt figure constructionis, non scilicet sylempsis, prolepsis. Asteriscus per sc in finale² sillaba est vna figura ad modum stelle radiantis³, quam grammatici adinuenerunt ad ostendendum quando aliud additur in textu quod omisum est, et ideo male profertur asteriscus sine c, in principio vltime sillabe. Et sic alia pene infinita in grammatica corrumpuntur. Dialectica per c in penultima inuenitur apud omnes autores latinos et grecos. Similiter debet dici liber perhermenias propter her sillabam terciam non periarhenias. Arichmetica non debet scribi per s, sed per ch aspiratum in secunda syllaba. Astrologia est sermo de astris, et astronomia est lex astrorum; sed interdum scribitur et profertur vnum pro alio cum tamen astrologia sit pure mathematica, et vna de famosis partibus mathematice, sed astronomia est duplex sciencia: vna est practica astrologie, et alia est sciencia naturalis ut mathematica et mathematici nobis ostendunt. In omnibus expositionibus horum nominum archiepiscopus, archisynagogus, archidiaconus et huiusmodi semper dicitur quod archos est idem quod princeps, sed archos nihil est quia archon est princeps. Aspis dicitur serpens, et dicitur scutum, et in hoc sensu dicitur hyperaspistes, quod habet y grecum in prima sillaba sed iota in penultima, et est protector me-

¹ lemma?² So in MS.³ Marg. *.

dianthe scuto; nam vbi in psalmo est protector, in greco est hyperaspistes, et diriuatur¹ ab hyperaspiazo quod est pro altero scutum pono, et similiter non solum pro protectore scuto corporali sed spirituali, scilicet sapientia et virtute: vnde in prologo librorum quinque Moysi, Aristeus sapiens dicitur fuisse hyperaspistes Ptolomei regis Egipti, id est protegens eum scuto sapientie: quod vocabulum nec scit vulgus scribere nec proferre nec intelligere nec interpretari. Capita eciam vulgi hic oberrant in numerosis fantasiis. Aorasia est inuidencia seu cecitas quedam, non qua nihil videatur, sed que non licet, qua percussi fuerunt sodomite, quando angeli venerunt ad Lot, pro quo multi scribunt et dicunt acrision alij aurisian et multipliciter hic oberrant. Amigdalum est neutri generis non solum pro fructu sed pro arbore, et ideo falsificatur scriptura autentica quando scribitur et dicitur amigdalus pro arbore. Et similiter de malo, et malo granato et sic de omnibus grecis nominibus arborum, vnde Virgilius in Georgicis² dicit "mala insita"; arbor enim inseritur et non fructus; et dicit ibi Seruius quod regula grammatica de nominibus arborum intelligitur in latinis dictionibus, non de grecis. Malum autem grecum est et amigdalum et malo¹ granatum. De hijs tamen sciendum est quod si aliquod istorum ponatur aliquando in autoribus in feminino genere, hoc est latino more. Nam grecum vocabulum vt in pluribus apud nos accipitur secundum formam grecam et tunc dimitendum est stare sicut inuenitur apud autores, aliquando vero more latino, et tunc accipiendum est tali loco sicut autor accipit. Sed hoc est raro et autorum licencia nec debet obseruari in vsu communi, quoniam greca que apud latinos grecam retinent terminacionem, habent eadem genera que apud grecos, ut dicit Priscianus. Multe uero scripture autentice corrumpuntur per hec nomina arborum et magna confusio inde accidit vt sciunt qui in multis scienciis studuerunt. Arcenton est genus ligni quod est iuniperus vt ait Jeronimus secundum septuaginta interpretes in commentario Osee, vnde dicuntur ligna arcenthyina, sed nunc auferunt arcen a textu et scribunt thina per n vel tyma

¹ So in MS.² G. ii. 33.

per my quod eciam corrumpunt nimis. Nam thyina debet esse trisillabum, cum dicuntur ligna thyina, et primum y est y grecum, secundum iota siue i nostrum, sed aliqui auferunt iota et scribunt thyna, alij coniungunt iota cum ny et faciunt my et dicunt tyma. Casia et casia fistula debent per vnum sima scribi et proferri secundum omnes autores antiquos, et patet hoc quia breuiatur prima eius apud Virgilium in Georgicis¹:

Vix humiles apibus casias roremque ministrat.

Cenon per c et epemte est inane vel vacuum, vnde cenodoxia quod est inanis gloria; doxa enim gloria est. Sed si per xi scribatur ut xenon tunc est peregrinum, et inde dicitur xenium quod est munus presentatum: et non debet dici exenium sicut multi corrumpunt; cum non sit exenon suum primitium, sed xenon, et in antiquis textibus non solum grecis sed latinis semper xenium et nunquam exenium: sed corruptum est propter similitudinem huiusmodi nominis encenium quod est innovacio de quo postea dicitur. Quomodo aliter scribatur cenon patebit in diptongis. Crocodrillus debet scribi per ro in prima sillaba, ut vult Plinius², cuius causa est quod dicitur sic a croceo colore quem habet, sed nunc vulgus scribit et profert cocodrillus. Cinnamonum scribitur per duo ny in prima et secunda sillaba. Cum dicunt quod creagra³, quod est fucimilus, dicatur a creos per o quod est caro, falsum est, quia creas per alpha caro est. Similiter cum dicitur in multis exposicionibus vocabulorum quod ceros per o est cornu, falso pronunciatur nam ceras per alpha est cornu. Collyrida⁴, quod est crustum panis torti, scribitur per y grecum in secunda sillaba sed in tercia per iota quod non obseruatur. Colocynthis⁵ est cucurbita siluestris et non coloquinto nec coloquintida propter accusatium coloquintidas quod male profertur et peius scribitur: nam penultima scribitur per c et per y grecum et est tercie declinacionis grece cuius proprium est habere accusatium pluralem in as, vt colocyntidas et

¹ G. ii. 213.

² Hist. Nat. 8. 25. 37. 2.

³ flesh-hook, Vulg. II. Paralip. iv. 11, Jer. lii. 18.

⁴ Vulg. II. Reg. vi. 19.

⁵ Pliny 20. 3. 8.

lebetas crateras et huiusmodi multa, et ideo non declinantur nec habentur hoc colloquenda huius colloquente secundum primam declinationem nostram sed colocynthis huius colocyntidos: sed accusatiuus in as fallit multos quia nesciunt quod tertia declinatio greca habeat accusatiuum pluralem in as et ideo estimant quod huiusmodi nomina sint prime declinationis nostre, nec sciunt an sint greca vel latina. Comma per duplex *my* est cesura in pronunciacione quando sensus clausule incipitur sed non finitur, vbi tamen oportet respirare; sed coma per vnum *my* est villa, a qua comedia quasi carmen villanum, et coma per vnum *my* similiter est cesaries a quo cometes, et cosmos est mundus; sed sepiissime vulgus profert et scribit vnum istorum secundum formam alterius et perit significacio. Crystallus et crystallum et cyatus et cyphus, cyclus, cyclas quod est vestis varia, cygnus, cypressus, cyprus arbor aromatica sic et cyprus insula, cynomia que est musca canina, omnia hec et huiusmodi scribunt per *y* grecum cum *c* littera. Dias et dia pro *de* propositioe et dis pro *bis* scribuntur per *iota*; et dyo quod est duo scribitur per *y* grecum, et non est dya nec dios pro duo scilicet per alpha vel per os, vt dicitur in multis exposicionibus, sed per *o* tantum; et diabolus scribitur per *iota*, sed hec non obseruantur a vulgo et ideo multum erratur in scriptura et pronunciacione et per consequens in significacione. Nam cum dicitur quod diabolus dicitur a dios vel dia quod est duo et bolos quod est morcellus, non solum falsa est hec exposicio sed ridiculosa nimis, vt exponetur inferius suo loco.

Dicitur vicessimo octauo actuum, quod Paulus nauigauit in naui alexandrina, cui erat insigne Castorum, id est filiorum Jouis. Sed legitur et scribitur ibi insigne castrorum, quasi vellet dicere quod ibi erat aliquod castrum pulcrum in naui vel in insula sed non est ita. Nam in greco est ibi dioscorois pro filiis Jouis. Dios enim sine diphthongo est Jupiter in greco et cori est puella, pro quo in composicione accipitur filia vel filius aliquando sicut hic, vnde dioscorus est Iouis filius. Et secundum poetas sunt duo dioscorig scilicet Pollux et Castor vnde pluraliter ponitur ibi dioscoris in datiuo plurali. Sed Pollux post mortem sortitus est nomen fratris sui et Castor

dicebatur, vnde duo Castores dicti sunt sicut duo dioscori dicitur, igitur nauis illa habuisse insigne aliquod Castorum id est illorum filiorum Jouis et ideo falsa scriptura et pronunciacione et significacione fiunt, cum dicitur castrorum a castro.

CAPITULUM QUINTUM.

De residuis vocabulis grecis hic ponendis.

Galbane est succus ferule, genus pingmenti et est feminini generis secundum grecum, vnde, exodi tricesimo, galbanen boni odoris; sed galbana sunt vestes, vnde Juvenalis¹:

Cerulea indutus scutulata aut galbana rasa

sed cum scribitur et profertur sepius more alterius vnde accidit error. Gazophylacium dicitur exponi multis modis erroneys, sed gaze sunt diuicie, philasso per y grecum seruo, vnde sit arce in quibus seruantur gaze. Gonia angulus est, et non gonus nec gonos, a gonia igitur dicitur trigonus, quod est triangulus, et oxigonus quod est habens acutum angulum, et ambligonius habens obtusum angulum, et orthigonus habens angulum rectum.

Tactum est superius de gramma a quo grammatica, sed tamen declinatur gramma grammatos quod est littera, et gramma² gramme, quod est linea, vtrumque scribitur per duplicem my, sed vnum secundum modum alterius pronunciacio in obliquis, vnde accidit error sepe. Male vero scribitur et pronunciacio hoc nomen gryps huiusmodi grypīs, hunc grypa grece in accusatiuo sed latine grypen. Sic enim habetur leuitici undecimo, et deuteronomii quartodecimo, et in nominatiuo plurali grypes. Virgilius tamen in Bucolicis mutat p simplex in ph aspiratum et ponit in nominatiuo plurali gryphes cum dicit³: “iungentur iam gryphes equis.” Sed in communi sermone proferri debet cum p simplici et cum y greco. Et quoniam tercie declinationis grece est hoc vocabulum, et genitiuus et ceteri casus excedunt in hac declinacione, ponitur in singularem saltem in vna sillaba. Ideo cum grypes vel gryphes sint in plurali nominatiuo oportet quod gryps sit

¹ Sat. ii. 97.

² MS. for γραμμή.

³ E. viii. 27.

monosillabum in singulari nominatiuo, et ideo non potest esse grypes nec grypis vt fingitur nec aliud quam hoc monosillabum gryps, et est gryps aliquis quadrupes habens alas sicut aquila, et faciem similis leoni.

Gymnasium, quod est locus exerciciorum ut lucte vel studij vel pugne vel balneorum et sic de aliis, scribi debet per y grecum et per my litteram in prima sillaba, sed multi aliter legunt et scribunt, vnde dicuntur gymnosophyste quidam sapientes in India qui nudi in desertis calidis philosophantur. Sophos enim sapiens est, et gymnasium est exercicium, quapropter hij dicuntur exercitatores in sapiencia. Epistola preposita biblie loquens de quindecim gradibus qui in septem et octo consistunt, habet in exemplari vulgato ministerio hebdomadis octoadis. Sed hepta apud grecos est septem apud nos; et conuertimus aspiracionem in s litteram. Ab hepta uero venit hebdomos septimus a quo hebdomas, huius hebdomadis, septenarius seu septena substantiue, vt dicitur duodena, quapropter nuncquam erit hebdoas hebdoadis sed corruptio est. Similiter ab octo quod est grecum et a latinis vsurpatum venit ogdoas in quo mutatur c in g et t in d quod est octauus, et ab eo ogdoas, quod est octonarius, uel magis proprie octena ut faciamus nomen, et ideo est deriuatum non compositum ab octo et doas, quod nihil est per se nec in compositione, vnde bene dicitur ogdoas ogdoadis per g et d, sed non octoas octoadis per c et t sicut in octo.

Magna corruptio est de ibite et ibe, sed in vno sensu sunt idem, scilicet auis ciconia, purgans sua vilia rostro, Plinius quidem dicit, vocant Egiptii ibis suas pro ibe ibes quia quedam nomina dissillaba desinencia in is es faciunt accusatiuum pluralem sicut et nominatiuum in is uel in es vt *omnis* secundum Priscianum et autores alios; quapropter nominatiuus singularis erit ibis. In glosa eciam tricessimi quarti Isaie inuenies accusatiuum singularem ibin, ergo secundum rectam formationem nominum tercię declinacionis erit nominatiuus in is, et in antiquis glosatis est ibis in nominatiuo, sed hec eadem auis vocatur ibix ibicis in glosa exodi secundo, media producta genitiui. Cum tamen ibex ibicis, media correpta, dicitur genus quoddam esse ceruorum.

Similiter erratur multum circa hoc nomen idiota, cum velint grammatici illud esse compositum ab idus quod est diuisio, et ota quod est auris vt dicunt, quia diuisus est in auditu lingue ab alijs eo quod contentus sit propria lingua vt ait Beda in actibus, nec dicitur ab iota ut alij menciuntur, nec alijs modis componitur, nec deriuatur nisi sicut dictum est a principio quod idion est proprium, et idia est propria, et idioma est proprietas fandi in aliqua lingua, et ab hoc venit idiotas qui est contentus sua simplicitate loquere, cuius accusatiuus casus est idiota a quo venit hoc nomen idiota in vsu latinorum. Et est nomen simplex non compositum nec ab aliquo deriuatur nisi sicut dictum est. Etiam ipsa derivacio quam faciunt peccant in se; nam nec ota nec otos nec otis est auris, sed os et sic de alijs hic fictis.

Hec vocabula duo mina et mna idem significant sed confunduntur apud multos et in locis quampluribus et scribitur et pronunciatum vnum pro alio, sed mina est latinum constans centum dragmis, ut ait Plinius; mna uero est grecum, et nuncquam in biblia inuenitur, nisi in solo Luca quia grece scripsit euangelium et interpres dimisit stare vt fuerat.

Dicitur a multis eciam et scribitur nummista per duo †ny† [my], et quod a nummo deriuatur, sed falsum est, quia secundum grecum et Papiam et antiquos libros scribitur per o et non per v nec per duplex m. Apud quidem exemplaria Isidori aliquando inuenitur per o scriptum aliquando per v, sed vicium est scriptoris, nam dicitur a nomizo greco verbo, et Oracius ait¹

retulit acceptos, regale nomisma, Philippos.

Et nomisma grece dicitur proprie moneta latine, et tamen alibi accipitur pro denario.

Multum quidem erratur circa hoc nomen periscelis periscelidos, quod est ornamentum crurium non brachiorum, et scribitur in greco et in antiquis libris latinorum per sc, non per ch, et e breue in tercia sillaba, scelos eius primitium, vnde Oracius "sepe periscelidem"²; quod eciam sit orna-

¹ Ep. II. i. 234.

² Ep. I. xvii. 56.

mentum crurium, patet per Isidorum in libro ethimologiarum, et per glosam Isaie tercio, et per Ieronimum in originali. Male igitur fingitur et scribitur in libris vulgatis quod sit ornamentum brachiorum et quod debet scribi sic perichelis, perichelidis et allegacio eorum est falsa. Dicunt enim quod hoc est quia chele grece est brachium latine, sed prima huius vocabuli chele producta est et scribitur sine s, quapropter non est perichelis sed periscelis.

Polis quidem et omnia composita et deriuata habent diuersam scripturam et pronunciacionem et significacionem que a multis ignorantur, nam polo grece est versor latine, unde polus mundi dicitur propter hoc quod circa eum vertitur, et polis polios per iota scriptum, quod est ciuitas, et politis quod est ciuis, et politice virtutes. Ciuitas enim vertitur in circuitu vnde orbiculares solebant fieri, et quia ibi est versio hominum propter multiplicem conversacionem, ideo a polo quod est versor dicitur polis ciuitas. Sed polys aliter scribitur per y grecum et tunc est multus multa, quia est communis generis, et poly est multum a quo polysyllaba, polymitum quod est vestimentum plurium colorum vt postea melius exprimetur.

Ariopagita et ariopagus multum scribuntur et pronunciantur et interpretantur male. Veritas enim est quod Ieronimus in interpretacionibus quod ariopagus est nomen curie atheniensis que a Marte nomen accepit, vnde Augustinus libro de Trinitate Dei, concordat dicens Mars grece Ares; et declinatur Ares Areos, jnde areopagus per e et areopagita, unde Dionysius Areopagita; quapropter male dicunt satis magni viri quando volunt quod arios sit idolum Martis et quod ariopagus dicatur ab idolo Martis. Sed alii peius dicunt quod ares est uirtus et ideo dicitur Dionysius Areopagita ab ares quod est virtus et ariopagus, sed hoc nihil est quoniam arete est virtus et non ares.

Camelopardalus qui in greco dicitur camelopardalis et sic plurimum vtitur, vnde decepti sunt qui dicunt quod est diminutium quia in Isidoro inueniunt Camelopardus. Pardalus enim non est diminutium huiusmodi dictionis pardus, sed penitus significat idem quod pardus, sicut ensis et gladius,

vnde in Apocalypsi licet introducitur bestia similis pardo, pro quo grecus habet pardalo. Est autem pardus seu pardalus maculis albis aspersus, sed camelopardalus est sic maculosus, similis equo in collo et similis bubalo in pedibus, habens capud sicut camelus. Cum igitur non accipiunt pardalum et pardum pro sinonomis, sed vnum primitiuum, aliud diminutiuum, oportet quod hic nominacione istius animalis oberrant et scripto et voce et pronunciacione et interpretacione, quia omne diminutiuum et illud a quo ascendit variantur in nunc dictis. Conopeum male accipitur et exponitur. Nam conopeum est reticulum subtile, quod ponitur circa capita diuitum, propter culices et muscas paruas excludendas.

Cum vero apud vulgum, pro vnicorne, dicitur et scribitur rinoceros rinoscerontis, per ny litteram in penultima sillaba et similiter monoceros monocerontis et huiusmodi, error est. Nam et regula greca est quod quando nomen desinit in os breue, facit genitiuum in otos sine ny, ut os otos pro aure, et fos fotos pro luce, et ideo debet dici rinocerotos quia nos mutamus tos in tis. Quod per grecum textum probatur et per antiquos latinos et per versum Juuenalis¹:

Tongilli, magno cum rinocerote lauari.

Romphea quod est gladius vel ensis uel framea, scribitur per o et non per v secundum grecum, Papiam, antiquos libros. Error igitur accidit circa diuersam scripturam et pronunciacionem horum nominum tapetum tapete et tapes. Soluitur per Seruium, septimo Eneidis vbi Virgilius finit versum dicens² "pictisque tapetis"; nam ait ibi Seruius quod hic accipitur hoc tapetum quamuis similiter dicatur, hoc tapete, huius tapetis, cuius nominatiuus pluralis est tapetia, quod dicitur ab hoc greco δ tapes $\tau\omicron\upsilon$ tapetos, vnde hic tapes huius tapetos est grecum a quo cetera dicuntur, de quo greco Virgilius dicit³: "pulcrosque tapetas." Nam accusatiuus casus tercie declinacionis grece pluralis fit in as, vnde non est ibi pulcrosque tapetas ut multi credunt sed pulcros quia tapes est masculini generis.

¹ Sat. vii. 130.

² Æ. 7. 277.

³ Æ. 9. 358.

Tessares decades male scribitur et pronuntiatur et intelligitur erronee, propter hoc quod multi non aduertunt quod ke est coniunctio copulatiua in greco, sed latinus mutat k in c et accipit in proposito ce et ponit illud inter tessares, quod est quatuor, et decades. Si igitur componamus hoc nomen ex hiis tribus, tunc bene scribitur, pronuntiatur et intelligitur, nam deca est decem, et decas decadis est denaria, ut fingamus nomen, vel denarius vnde tessarescedecas est vna quaterdena, et eius nominatiuus pluralis est tessarescedecades, quod significat quaterdenas vnde tres tessarescedecades fuerunt in generatione Christi ab Abraam vsque ad Christum id est tres quaterdene. Et Isidorus dicit quod tessarescedecatice sunt dicti heretici, qui contendebant semper celebrari pascha in xiiij luna.

Sunt autem alia vocabula greca quasi pene infinita in quibus errat vulgus in scriptura et pronuntiacione et ideo in significacione sed hoc nunc gratia exempli posui, et taceo de aliis ne prolixitas tedium generet prima vice. Et multa alia suis locis inferius ponentur hucusque, propter quod hec sufficiant ad hanc horam.

[CAPITULUM SEXTUM.]

$\overline{\chi\rho\varsigma}$ $\overline{\iota\eta\varsigma}$ ¹. Sciendum quod hec nomina $\overline{\chi\rho\varsigma}$ $\overline{\iota\eta\varsigma}$ scribuntur apud nos grecis litteris, nam si latinis litteris volo scribere hoc nomen $\overline{\chi\rho\varsigma}$, scribam sic Christus. Manifestum igitur est, quod prima littera latina in hoc nomine est c aspiratum, et vltima est s et non est p in medio sed r, quapropter sic scribitur $\overline{\chi\rho\varsigma}$ per subbreuitatem. Nulla ibi ponitur litterarum latinarum que prius scripte sunt in hoc nomine Christus, relinquitur igitur quod sunt alterius lingue sed non nisi grece. Nam ch aspiratum habet hanc figuram in greco χ , et r habet hanc ρ , et s habet hanc ς . Et ideo si iste coniungantur per subbreuitatem, sic $\overline{\chi\rho\varsigma}$, scribetur hoc nomen grecis litteris apud latinos, quod multi latinorum ignorant. Et magis de hoc nomine $\overline{\iota\eta\varsigma}$, nam grece dicitur $\iota\eta\sigma\omicron\upsilon\varsigma$ trisillabam, quia prima sillaba est ex iota, secunda ex ita, tertia ex sima et omicron et ypsilo et sima, ac

¹ Cf. Opus maius, Pars III. p. 94, ed. Bridges.

si latinis litteris diceremus Iisus, ut duo ij faciant duas primas sillabas et terciam faciant sus. Sed hoc est apud eos quia iota est semper vocalis et nuncquam consonans. Oportet igitur quod apud eos sit hoc nomen trisillabum. Sed apud nos potest j esse consonans sequenti vocali et ideo cum iota, quod est vocalis. Sillabaturus ota apud nos in hoc nomine $\overline{\iota\eta\varsigma}$ quasi diceremus Jisus, sed quoniam pro ita semper latini sonant e, ideo dicimus Jesus. Cum autem vltima figura in hac scriptura $\overline{\iota\eta\varsigma}$ non potest esse c nostrum, sed sima grecum ut patet, necessarie est quod due littere sint grece quia uel omnes sunt grece uel omnes latine. Et nos videmus quod eta habet figuram que est secunda in scriptura huius nominis $\overline{\iota\eta\varsigma}$, et similis est figuracio iote et j nostri, quapropter grece sunt et debent esse. Sicut tamen nulla veritas magna est quin vituperetur cauillationibus imperitorum sic nec ista puerilis; obicitur enim quod figura media est nota aspiracionis nostre et quod aspiracio habet locum in hoc vocabulo. Sed turpis error est quia j consonans non potest aspirari quoniam nulla consonans aspiratur nisi c, t, p, ut docet Priscianus, et si remaneret vocalis adhuc non aspiratur quoniam vocales non aspirantur a parte post sed a parte ante, nec sequens vocalis quod est e in sono nostro potest dici aspirari hic quoniam tunc non scriberetur aspiracio sine ea. Aspiracio enim non est littera sed accidentalis sonus littere, sed accidens non cognoscitur nec ponitur sine suo subiecto. Item in greca lingua nulla est hic aspiracio, ergo nec in vsu latinorum, cum sit nomen grecum, nisi transiret lenis vel media in asperam sicut cum dicitur grece thyriambos mutatur in latino b in ph et dicimus triumphus, hic b media inter p et ph conuertitur in ph in fine diccionis, sed nec b nec p inuenitur in hoc nomine $\overline{\iota\eta\varsigma}$ grece scripto et pronunciato, ergo nec in hoc nomine ut est in vsu latinorum reperietur aspiracio.

Secundo considerandum est in hoc capitulo quomodo vitentur errores circa litteras grecas ut fit computacio per eas. Et primo sciendum est quomodo numerant. Dico igitur quod scribunt numeros per litteras alphabeti cum tribus alijs figuris additis et insertis que non sunt figure litterarum sed numerorum tantum. Et in computando scribunt apanusyrma super

quamlibet litteram, vnde pro vno scribunt alpha sic $\bar{\alpha}$, et pro duobus scribunt bita $\bar{\beta}$ cum linea supra, et pro tribus gamma sic $\bar{\gamma}$, et pro quatuor $\bar{\delta}$, et pro quinque $\bar{\epsilon}$. Et tunc pro sex interserunt nouam figuram huiusmodi σ quasi nostrum σ incuruatum vel figuram talem φ quarum neutra est littera alphabeti sed tamen nota numeri et vocatur *epissimon*, et ξ pro septem scribunt, et $\bar{\eta}$ pro octo, et θ pro nouem, et $\bar{\iota}$ pro decem, et tunc pro undecim addunt alpha ad iota sic $\bar{\iota\alpha}$, et pro duodecim bita ad iota sic $\bar{\iota\beta}$, et sic ulterius ita quod addunt θ ad iota pro decem et nouem sic $\bar{\iota\theta}$. Et tunc scribunt $\bar{\kappa}$ pro vinginti, et pro vinginti et vno scribunt κ et α sic $\bar{\kappa\alpha}$, et pro vinginti duobus scribunt sic $\bar{\kappa\beta}$, et pro vinginti tribus $\bar{\kappa\gamma}$ et sic ultra, ita quod pro vinginti nouem scribunt $\bar{\kappa\theta}$, et tunc pro tringinta scribunt $\bar{\lambda}$, et pro omnibus vsque ad quadraginta exclusiue scribunt vt nunc dictum est de numeris inter vinginti et tringinta, et sic semper faciunt de numeris omnibus qui sunt inter articulos.

Articuli vocantur hic decem, tringinta, quadraginta et huiusmodi vsque ad centum et centenarii et millenarii. Semper enim pro numeris compositis scribunt notam seu figuram articuli cum alpha et bita et ceteris ut dictum est. Et scribunt quadraginta per $\bar{\mu}$, et quinquaginta per $\bar{\nu}$, et sexaginta per ξ , et septuaginta per omicron $\bar{\omicron}$, et octoginta per $\bar{\pi}$. Et tunc pro nonaginta interserunt notam numeri que non est littera alphabeti sed nota numeri tantum que est huiusmodi ζ sicut quinta figura algorismi et vocant illud *scopita*. Et centum scribunt per $\bar{\rho}$, et ducenta per $\bar{\sigma}$, et trescenta per $\bar{\tau}$, et quadringenta per $\bar{\upsilon}$, et quingenta per $\bar{\phi}$. Sed sexcenta per $\bar{\chi}$ et septingenta per $\bar{\psi}$ et octingenta per $\bar{\omega}$. Et tunc addunt nouam figuram que non est littera que vocatur *caractira* et est huiusmodi λ et hic denotat non-genta. Et tunc pro mille scribunt alpha cum titella in ventre vel supposita sic α - α_{λ} et duo milia sic β - β_{λ} et tria milia sic γ - γ_{λ} et sic vltra.

Et omnem numerum compositum ex articulis et digitis, qui sunt ab vnitae usque ad decem, scribunt huiusmodi litteras et notas secundum valorem cuiuslibet figure, et preponunt maiorem numerum minori, vnde centum quadraginta tria

scribunt sic $\overline{\rho\mu\gamma}$ ro uero significat centum, my quadraginta gamma tria. Et pro mille ducenta viginti quatuor scribunt $\overline{,\alpha\sigma\kappa\delta}$; alpha cum titella significat mille, sima ducenta, kappa vinginti, delta quatuor et est sic intelligendum de omnibus numeris scribendis. Ad euidenciam horum et dicendorum expedit quod scribatur alphabetum prout competit numeracione et suis locis figure tres addite collocentur. Scribam igitur figuras alphabeti et alias in linea prima, deinde subiungam numeros singulis respondentes¹.

$\bar{\alpha}$	$\bar{\beta}$	$\bar{\gamma}$	$\bar{\delta}$	$\bar{\epsilon}$	$\bar{\zeta}$ vel sic η	$\bar{\xi}^2$	$\bar{\eta}$	$\bar{\theta}$	
i	ii	iii	iiij	v	vi	vii	viii	ix	
$\bar{\iota}$	$\bar{\kappa}$	$\bar{\lambda}$	$\bar{\mu}$	$\bar{\nu}$	$\bar{\xi}$	\bar{o}	$\bar{\pi}$	$\bar{\rho}$	$\bar{\rho}$
x	xx	xxx	xl	l	lx	lxx	lxxx	xc	c
$\bar{\sigma}$	$\bar{\tau}$	$\bar{\upsilon}$	$\bar{\phi}$	$\bar{\chi}$	$\bar{\psi}$	$\bar{\omega}$	$\bar{\lambda}$	\bar{a}	
cc	ccc	cccc	d	dc	dcc	dccc	dcccc	\bar{i}	
$\bar{\beta}$	$\bar{\gamma}$	$\bar{\delta}$	$\bar{\epsilon}$	$\bar{\zeta}$	$\bar{\eta}$	$\bar{\theta}$	$\bar{\iota}$		
ii	iiij	iiij	v	vi	vii	viii	ix	x	

Accidit autem multiplex inconueniens multis latinorum propter hoc quod non percipiunt computacionem. Nam quando audiunt aut legunt autores grammaticae et poetas et philosophos et sanctos loqui de hac enumeracione, quidam estimant quod sole littere alphabeti faciant hanc computacionem. Alij percipientes quod alie figure interserantur alphabeto estimant quod ille figure que sunt sole numerorum note sint figure litterarum. Tercium inconueniens est, quod non percipiuntur exposiciones sanctorum et philosophorum et autorum grammaticae et poetarum et aliorum sapientum. Quartum est quod fit iniuria sacramentorum diuinorum.

De hijs duobus vltimis ponam exempla ut eciam per hec reliqua inconuenientia patefiant. Tercio decimo Apochalipsis², ubi dicitur quod numerus Antichristi est sexcenti sexaginta sex, dicit Beda, cum hic liber grece editus sit, querenda est exposicio per numeracionem grecam, et ponit igitur tria vocabula greca pro nominibus antichristi videlicet $\overline{\alpha\nu\tau\epsilon\mu\omicron\varsigma}$ ³

¹ Cf. p. 25.² So in MS.³ Cf. infra B. p. 194.

aroyne Titan

αρουμε τεταν. In quorum singulis inuenitur numerus predictus cum per litteras computamus. Nam in primo vocabulo

alpha significat unum, ny l, taf ccc, ε quinque, my xl, ^{micron} o lxx, sima cc, que adinuicem collecta, colligunt hunc numerum dclxvi. Similiter littere alio vocabulo nam a fingit vnum, ro est centum, ny est l, o lxx, grecum est cccc, my est xl, ε est quinque, que faciunt dclxvi. Similiter in tercio nomine vt patet per similem computacionem. Et additur ibi quod idem significat apud nos dic, lux, nam latino more computando D notat quingentos, i vnum, c centum, l quinquaginta, v quinque, x decem, que adinuicem collecta sunt sexcenti sexaginta sex. Omnes libri glosati sunt hic falso scripti vt vix illi qui bene sciunt grecas litteras et rationem grece computacionis possint sensum glosatoris intelligere. Et si veracissime scriberentur ista, tamen nullus posset intelligere sensum glose nec textus nisi sciret grecum modum computandi. Et sic accidit alibi multiplex error nisi homo sciat numeracionem grecam quod patet eis qui libros sanctorum et philosophorum et ceterorum sapientum diligenter inquirunt. Nam vbicunq; est translacio facta de greco in quacunq; sciencia, quod accidit in pluribus, non potest sciri veritas vbi numeri sunt positi, nisi recurratur ad fontem greci sermonis quoniam note numerorum nimis corrumpuntur apud latinos propter earum similitudinem. Quoniam vnum et quinquaginta vix differunt propter similitudinem l littere ad j, et de facili accidit error quando duo vel tria uel quatuor scribuntur ut patet cuilibet. Similiter de facili erratur in scribendo quadraginta pro sexaginta, et e conuerso preponendo ipsi l uel postponendo ut patet, et sic de alijs, maxime autem in millenariis, vbi vnum et mille non differunt nisi in titella, et sic vltra.

Et ideo quasi infinicies accidit error in textibus latinorum in omni facultate propter quod oportet quod in greco querantur, et oportet quod latinus, si non vult errare, sciat grecorum computacionem. Et ideo specialiter medici latini habent magnum impedimentum in proporcionibus suarum medicinarum et in alijs. Astronomii et iudicarii

specialiter recipiunt impedimentum in suis iudiciis si ignorant numeracionem grecam, et hoc non solum propter racionem computacionis sicut in aliis scienciis, sed¹ quia specialiter intendunt iudicare per nomina hominum et per litteras in nominibus constitutas. Quod si concedatur eis ut possint licite et secundum potestatem philosophie sine periculo fidei iudicare per hanc viam, tamen oportet quod eis accidat error nisi optime sciant potestates litterarum quantum ad sonos substanciales, ut inquisitum est in hoc opere, et non stent in nomine littere et figura. Nam hic sonus est naturalis et subicitur operibus nature et ideo virtutibus celestibus sicut animalia naturalia. Sed figura et nomen variantur apud diuersas gentes, quod non considerant multi, qui presumunt iudicare per litteras, quia soni potestatem substancialem negligunt et recurrunt ad nomina et figuras.

Similiter possum ponere exemplum in hiis que facit ecclesia². Nam statutum est quod episcopus consecrans ecclesiam scribat alphabetum grecum in puluere cum cuspile baculi pastoralis. Sed omnes episcopi qui grecum ignorant, scribunt tres notas numerorum que non sunt littere, videlicet Ϟ, ϙ, λ, quoniam inter alphabeti litteras scribuntur hee note in libris pontificum, sicut oculis nostris certum est. Cum propter magnum misterium sit ab ecclesia statutum, vt littere grece scribantur, non debent aliquę figure interseri que non sunt note litterarum, et ideo iste figure que non sunt littere non possunt scribi in consecracionibus sine iniuria sacramenti.

DISTINCCIO QUARTA.

[CAPITULUM PRIMUM.]

Diphthongus ut ait Priscianus est quia habet duos tongos, id est duas voces comprehendit. Sed quantum ad grecos expono hoc secundum figuras litterarum, magis quam secundum soni potestatem. Nam raro apud grecos sonat diphthongus

¹ In MS. this passage is deeply underlined.

² See pp. 25, 195; Opus maius, Pars iii. p. 94, ed. Bridges.

nisi vocem littere vnius, nisi quando ypsilo additur ad alpha et e et ita. In omnibus autem alijs tam propriis quam impropriis, sonatur sola vox vnius littere, sed in tribus dictis sonantur vox vocalis cum v consonante vt in primo tractatu dictum est¹. Si igitur consideremus sonum ipsius diphtongi, non est sonus naturalis generatus ex sonis vocalium: quoniam accidit quod alius sonus omnino secundum speciem fiat per diphtongum, quam sint soni vocalium cadencium in diphtongo: vt patet quando iota additur ad alpha, nam sonatur ibi e vocalis. Similiterque accidit quando ypsilo ponitur ad omicron, nam sonatur v: ex quo manifestum est, quod non est hic sonus naturalis littere uel sillabe sed per institutionem. Placuit enim grecis autoribus instituere duas vocales ad designandum sonum aliquem certum per diphtongum et non ad sonandum naturaliter sicut littere sonant. Item cum additur ypsilo ad alpha et e et ita, fit sonus vocalis cum consonante, sed hoc non potest fieri ex naturali sono vocalium duarum. Impossibile enim est, quin sonus naturalis cuiuslibet vocalis tendat in sonum vocalis simplicem aut compositum, si possibile est componi: sed ex sono vocalis non est possibile quod fiat sonus consonantis sicut nec e converso, sunt enim diuersi secundum speciem et secundum genus.

Nec fit sonus compositus vocalis apud grecos in diphtongis; sed aut sonatur vocalis simplex, aut vocalis cum v consonante, ergo falsa est ymaginacio multorum qui estimant grecos facere sonos compositos ex vocalibus. Et nec videtur possibile nisi monstruose. Nam sonus vocalis cuiuslibet est in actu et distinctus, sed ex duobus in actu non fit vnum, ut docet methaphisicus. Aliud enim est de consonante et vocali, nam consonans est interposita ad sonum vocalis et non habet de se sonum distinctum a sono vocalis. Nec est responsio quod minus de sono habent alique vocales quam alie, vt minor esset in potencia ad maiorem. Quoniam compositio in vnum non fit propter magis et minus, sed propter actum et potenciam. Licet enim aliqua vocalis habeat minus de sono, tamen actualis est ille sonus et secundum se distinctus sicut in vocali maioris soni. Quamuis

¹ See pp. 7, 8.

enim formica fit minor quantitate et substantia et dignitate et natura quam elephas, non propter hoc fiet vnum ex eis quia vtrumque actualitatem suam seruat illibatam. Item si naturaliter facerent sonum due vocales in diptongo, tunc a et o et e et ita possent poni in fine sicut in principio, et iota et ypsilo in principio sicut in fine, sed non est hoc verum nec conceditur. Nec oportet dicere quod iota et ypsilo habent minus de sono, et ideo postponuntur vt sonus eorum crescat, quia omnis vox postposita plus sonat se ipsam [quam] anteposita sicut ait Priscianus. Nam hoc non est, quia tunc consonans semper poneretur post vocalem, vt crescat eius sonus, et tunc nunquam fieret sillaba ex vocali et consonante nisi prederet consonans. Sed hoc falsum est.

Et iterum si concedamus quod possibile esset quod sonus fieret vnus compositus ex duabus vocalibus, esset omnino informis et indecorus et confusus in auribus nostris, ut patet ad sensum. Et ideo melius est causa euphonie quod fiat sonus simplex alicuius vocalis aut compositus consonante et vocali que nate sunt componi adinuicem. Sed natura facit quod melius est et ars imitatur naturam, et ideo tam naturaliter quam artificialiter considerantes, debemus per diptongos facere sonum vnum alicuius vocalis aut vocalis et consonantis, quia nate sunt facere vnum. Quod si ita fuerit, tunc non solum multi latinorum erronee credunt grecos facere sonos compositos ex vocalibus duabus in diptongis, sed errant iterum in diptongis latinorum cum credant sic fieri. Nec credendum est antiquos latinos nec Priscianus¹ sic intellexisse, nec ex dictis eius habetur. Sed vulgus imperitum non considerat hic soni bonitatem, et facit monstruosum sonum in au et eu, ut v littera remaneat vocalis, cum sit consonans secundum grecos sapientes, quos in omnibus ut ait Priscianus imitantur latini, nisi in aliquibus que accidentaliter variantur. Ceterum ae oe apud latinos sonant simplicem sonum vocalis, in hoc conformes grecis, ergo in au et eu debent similiter conformari grecis vt ibi sit v consonans et non vocalis.

In omnibus igitur grecis dictionibus ubi diptongus est,

¹ So in MS.

debet diphthongus *av*, et *ev*, et *ηv* proferri cum *v* consonante, vt *aura*, *aula*, *euangelium* et huiusmodi, et similiter sapientes antiqui intellexerunt debere fieri in diptongis istis in latinis dictionibus, ut *gaudeo*, *audeo*, *lautus* et huiusmodi. Sed vulgus corruptum est per malam consuetudinem proferendi. Si autem queratur, quare sunt institute diptongi ad sonos quos non habent ex natura, dicendum est quod hoc est propter magnam vtilitatem ut cum datur diuersitas in prolacionibus vocalium et in alijs multis. Nam greci sonant *ι* litteram sex modis, et ideo oportuit quod multas haberent figuras ad hos sonos representandos. Sed tres sufficiunt in alphabeto propter numerum litterarum magnum et ideo inuenerunt diphthongos alios¹. Ostendunt et diuersitatem et distinctionem in multis partibus oracionis quantum scilicet ad deriuacionem et significacionem et interpretacionem et secundum varios modos alios ut eciam in diptongis nostris sicut explicabitur consequenter.

[CAPITULUM SECUNDUM.]

Demum sciendum est quomodo greci et latini vtuntur diuersimode diptongis et per hoc apparebit tota natura diptongorum quantum sufficit. Greci igitur habent diptongon ex alpha et iota que sonat *e*, quam latini diuidunt in *a* et *i*, vt *Virgilius*²,

aulai in medio libabant pocula *Bachi*,

pro *aule*. *Aula* enim grecum est et quando sequitur vocalis in greca dictione ut *μῆα* que sonat *mea*, nos latini diuidimus et vtimur pro duplici consonante, et est *Mea* proprium nomen. Et similiter hoc nomen *Ajax* sonat *eax* apud grecum, et poete latini aliquando vocant *Aiacem* sic eacidem, vnde “*magnanimum eacidem*,” sed latino more dicitur *Aiax* et fit *iota* duplex consonans apud vsum latinorum in talibus. Et ad imitationem istius diptongi latini coniungunt *a* et *e*, que sonant *e* sicut alpha et iota apud grecos. Vnde *quae* nomen scribitur in

¹ So in MS.

² *Æ.* iii. 354.

omnibus antiquis libris per ae diptongon, et tamen sonat e, et *que* coniunctio scribitur sine diptongo; hoc enim est differentia istarum dictionum, que patet per diptongon in vna et per priuacionem diptongi in alia. Diptongus uero ex omicron et iota sonat y grecum, ut prius habitum est, et Priscianus dicit. Sed si ponatur in principio dictionis grece vel in medio, latinus sonat et facit diptongum per oe, si uero ponatur in fine dictionis grece tunc latinus sonat i; ut grece *μοιχος* est adulter, sed latinus mutato os in us, more suo, scribit oe diptongon ut *moechus*, sed sonat *mechus*. Similiter in medio dictionis ut *soloicismos* grece dicitur, sed latinus scribit *soloecismos* et deberet proferre *solecismus*, sed vulgus legit sicut scribit. Similiter in hijs vocabulis coemedia¹, tracegedia¹, et in alijs more beotorum. Quoniam uero ponitur hec diptongus in fine ut latinoi, tunc nos mutamus in i, ut latini. Similiter si vocalis ita sequitur, nos auferimus iota, et dicimus e longum pro ita, ut *ποιημα* pro quo dicimus poema, et pro *ποιητα* dicimus poeta, auferetur enim iota; et quia loco *ita* latini proferunt *e longum*, dicimus poema poeta more attico, nam sic attici et attenienses usi sunt. Eciam aliquando mutamus hanc in u longam ut pro Phoenices dicimus Punices et pro phoeniceon dicimus punicum. Phoenices sunt gens quedam ultra mare et mala granata dicuntur mala punica, id est gentis istius vel de terra tali, quia in habundancia sunt ibi, aut quia ibi primo creuerunt. Et aliquando dieresim, id est diuisionem, facimus in hac diptongo sicut in precedente de aulai pro aule. Sed quando vocalis sequitur, tunc iota est duplex consonans ut *τροια*, pro quo nos dicimus troia, et in hoc sequimur eoles. Nos autem latini ad imitationem istius diptongi habemus in latinis dictionibus nostram diptongon quod est ex o et e, ut oe, sicut coedo, hoereo, coepit, pro cedo, hereo, cepit, et diptongus ex epemte et iota sonat iota apud grecos. Sed in grecis vocabulis latinij pro hac diptongo vtuntur e vel i productis, et in hoc imitantur eoles. Et quidem proferimus, ut platea pro *πλαταια* et spondeus pro *σπονδειος*. Sed i dicimus pro hac diptongo, ut Titan pro *τειταν* et Nilus pro

¹ So in MS.

νείλος. Sed moderni latini non vtuntur hac diptongo, nec aliqua consimili in latinis dictionibus, licet ad imitationem grecorum vtuntur duabus diptongis predictis *ae* et *oe*, nec eciam in tempore Prisciani usi sunt latini hac diptongo, quamuis antiqui habuerunt vsum istius, et pro omni *i* longo scripserunt eam more antiquorum grecorum. Et post ypsilo ponitur *iota* ut habitum est et sonat *y* grecum, ut *νίος* quod est filius et *αρπυια* quod est auis rapax; sed latini non vtuntur hac nec consimili pro dictionibus latinis. Hec igitur sufficiunt modo ad expositionem diptongorum quatuor, que sint ex addicione iote ad alias vocales.

Sed similiter ypsilo postponitur aliis et hoc quatuor modis, sed quando postponitur ipse alpha et epemte et ita, tunc sonatur vocalis cui additur cum *v* consonante ut habitum est. Latinus uero in grecis dictionibus nesciens grecum mutat per errorem *v* consonantem in vocale ut in hiis:—*aula*, euangelium et huiusmodi. Sed grecus autem bene sciens grecum facit diuisionem in hiis diptongis quando vocalis sequeretur et labda ac *ρο*, nam *v* consonantem diuidit a vocali precedente et sillabicat cum vocali sequente, ut de vocali patet in hoc nomine *Ευαγγελιον*¹, quod latino more dicimus euangelium. Sillabicator enim *v* consonans cum a sequente. De labda est exemplum, ut *αυλα*, quod latino more dicitur *aula*, sed sillabicator *v* consonans cum labda et alpha. Similiter in hoc nomine *ευλογιμενος* quod est benedictus et in huiusmodi.

Eodem modo quando *ρο* sequitur, ut *αυρα*, quod est *aura* secundum modum latinum, sed sillabici debet *v* consonans cum *ro* et alpha, alias sillabicator *v* consonans cum vocali precedente. Sed latini habent pro latinis dictionibus diptongum consimilem scilicet ex *a* et *v*. Sed quando *i* sequeretur tunc patitur diptongus diuisionem et *v* sillabicator cum vocali sequente, ut *gaurus*, sicut dictum de greco more. Sed pro *ευ* diptongo latinus vtitur in grecis dictionibus e longo, ut *Achilles* *Achilleus*, *Vlixes* pro *Vlixeus*; et aliquando latinus mutat eam in *v*, ut *phugio* pro *pheugio*. Diptongus quidem que ex *ητα* et ypsilo nascitur, mutatur apud latinos

¹ So in MS.

in *eu*, nam latini vtuntur e longo pro *ηra* et ypsilo importat v in hac diptongo sicut in duabus precedentibus, sed latinus non habet in latinis dictionibus hanc diptongon quia non habet hanc vocalem ita. Apponitur autem ypsilo ad omicron et sonat v ut habitum est, ut *ουσια* quod sonat vsia, quod est substantia, et *βους* quod sonat bus, quod est bos. Hec autem diptongus aliquando apud latinos seruat sonum suum, ut vsia, aliquando mutatur a latinis in o, ut pro bus dicimus bos, aliquando conuertitur in j vt¹.....

De reliquis vero diptongis, scilicet impropriis, quando iota additur ad alpha uel ad ita uel ad omega, non est uis, nam semper obseruatur sonus littere precedentis. De quibus nihil habet latinis² facere quia in latinis dictionibus non habemus tales diptongos, nec latinus in grecis uocabulis curat nisi de sono greco qui est ipsius vocalis cui additur alia per diptongon, nec in scriptura grecorum uocabulorum indiget huius diptongi obseruacione. Considerandum uero quod greci vtuntur huiusmodi diptongis semper in datiuo casu prime et secunde declinacionis. Hec igitur qui ignorat non solum ignorabit magnam radicem grammaticae grece, sed et latine; nec intelliget Priscianum et ceteros autores grammaticae in diptongis nec in hiis uocabulis, que per diptongos scribuntur, videbit racionem. Quod in capitulo sequenti per exempla cupio declarare.

[CAPITULUM TERCIVM.]

Nunc igitur uolo ponere exempla aliqua notabilia circa diptongos. Dictum quidem est superius quod *κενον* per e breue est inane uel vacuum, a quo cenodoxia que est uana gloria. Sed *καινον* secundo modo scribitur per diptongon ex alpha et iota, et tunc idem est quod nouum, unde encenium quod est innouacio, ut noua festa et dedicaciones et huiusmodi. Et dicitur ab *εν* quod est in, et cenon quod est nouum. Tercio modo scribitur cenon per diptongon ex o et iota, sic *κοινων*, et sonat y grecum apud grecos, sed latini mutant hanc diptongon in oe, ut superius dictum est, et scribunt istud cenon per oe, et legunt e ut in pluribus, dicentes cenon, a quo

¹ Omission in MS.

² So in MS.

epicenon genus, et cena propter communitatem vescencium, apud enim veteres solitum est in propatulo vesci, et communiter epulari ne singularitas luxuriam gingneret. Et a cena cenaculum a communione cenancium secundum Ysidorum. Item a cenon, quod est commune, dicitur cenobium, et cenobite a cenon quod est commune et bios quod est vita, quasi communiter uiuentes. Et istis tribus modis scribitur cenon per kappa apud grecos et per c apud nos, sed quarto modo scribitur per xi, sic ξενον quod est peregrinum, a quo xenium quod est munus. Et per hoc patet, quod uersus grammaticales sunt falsi, qui sunt de hac materia, in quibus dicitur, quod, si cenon scribatur per c, tunc est commune tantum; sed hoc est falsum quia in triplici sensu scribitur per c. Et cum dicitur quod, si per sc scribatur, significat umbram, falsum est quia scia est vmbra.

Ceterum iuxta hoc potest aliud exemplum proponi quod apud vulgum habet multos errores. Nam coinomia, si scribatur per oi diptongon, est omnimoda musca seu musca omnis generis seu ut magis proprie dicatur musca communis, et

κοινων

μυα

dicitur a coinon quod est commune, et mia quod est musca. Deberet tamen secundum consuetudinem latinorum dici cenomia ut sonetur, et pro diptongo sicut prius expositum est in hoc vocabulo latini seruant morem grecorum. Aliter scribitur cynomia per y grecum et tunc est musca canina que in estate adheret auribus canum et fortiter mordet et nimis infestat eos, et dicitur a cynos quod est canis. Sed in illa plaga Egipti de cinomia non intelligitur de musca canina sed de omnimoda uel communi musca, quoniam in psalterio Jeronimi quod est secundum virtutem hebraicam, in illo psalmo magno *Attendite*¹, pro coinomia transfert omne genus muscarum et sic est in textu exodi octauo, vbi habetur omne genus muscarum vt sumatur musca communiter tamen hec uel illa nec canina nec alia. Et septuaginta interpretes transtulerunt ibi de hebreo in grecum omnimodam muscam, propter quod igitur hoc tenendum est, quod in illa plaga Egipti cinomia accipitur pro omnimoda musca et non pro canina. Quapropter qui

¹ Ps. lxxvii. 45, Vulg.

exponunt illam plagam de musca canina male dicunt, et similiter illi qui in tractatibus suis grammaticis contendunt de hoc, volentes quod cinomia scribatur in prima sillaba per y grecum. Et ideo vna glosa exodi octauo, que dicit quod cinomia est ibi musca canina, non est vera sicut multe alie super bibliam, que non sunt sanctorum, sed eorum qui nescuerunt grecum nec hebreum. Sed error habuit ortum in hiis locis ab eis qui scripserunt hoc nomen cinomia per y grecum in grecis libris et latinis, cum debuit scribi per oi diptongon. Quod igitur Ysidorus dicit quod cinomia est musca canina dicit verum in vno sensu, sed plaga Egipti non potest dici nisi quod sub omnimoda musca continetur canina, sicut species sub genere.

Hijs quedam anexa in sono et scriptura adiungo : scenophegia et scenofactoria et schenobates, de quo Juuenalis :

Augur, schenobates, medicus, malus¹, omnia nouit.

Nimis erratur in hiis apud grammaticos et apud alios qui in maioribus scienciis hiis vtuntur. Sciendum igitur quod Esdre tercio, Beda docet quod scenophegia sit fixio tabernaculorum, nam scena per sc est tabernaculum, et pego grece est figo latine, unde scenophegia per pi non per phi dicitur apud grecos sed latini mutauerunt pi in phi et dicunt scenophegia. Potest etiam dici a scenoma quod est idem quod scena ut habetur Esdre tercio. Veteres igitur faciebant tabernacula de frondibus et sagis et filtris et huiusmodi leuibus pro viantibus contra calorem et ceteras aeris intemperies, vnde dicitur ars scenofactoria per quam fiunt iste scenophegie; et artifex dicitur scenofactor, in qua arte Paulus Apostolus laborabat, sicut habetur decimo octauo actuum. Cum autem multi scribunt quod hec nomina dicuntur a scenos vel scenon, quod est vmbra, falsum est quia scia est umbra et non scenos, vnde scenos et scenon per sc nihil est, sed scena vel scenoma ut dictum est. Deinde cum dicitur quod hoc vocabulum scenophegia dicatur a phagin, quod est comedere, falsum est. Nam pego, ut dictum est, est primitiuum in hac parte. Et cum dicitur quod scenos est funis sicut vmbra, unde scenofactor

¹ Magus? Sat. iii. 77.

qui facit funes, et scenobates qui graditur super funem, omnia hec et consimilia falsa sunt. Nam scia est umbra ut dictum est, et scribitur per sc sine aspiracione et sine diptongo, sed pro fune est schenos quod habet s et c aspiratum et scribitur per diptongum *oi* apud grecos sic *σχολivos*, et latine scribitur schoenos, mutatur *oi* diptongus in *oe* et profertur schenos, a quo dicitur schenobates qui graditur super funem, et scheno-factor qui facit funes.

Multa igitur falsa dicuntur in hiis vocabulis, et quantum ad scripturam et significacionem et deriuacionem, vnde fere omnia que dicunt hic Huguccio et Brito et alii multi falsa sunt, eciam ipse Rabanus *ιη* actuum minus bene distinxit inter hęc, sed Beda veritatem docet ibidem in originali, et super Esdram.

[CAPITULUM QUARTUM.]

Nunc in fine adhuc duo exempla infero in quibus est corruptio vilis. Nam auricalcum, pro cupro colorarato¹, dicitur nunc a vulgo per diptongon. Non tamen est ibi *au*, sed oricalcum debet dici, et sic inuenitur in Priscianis antiquis, et in aliis autoribus diuersarum scienciarum, et in antiquis bibliis, quod eciam probatur per racionem metri, nam Oracius dicit²:

Tibia non ut nunc oricalco juncta tube,

quia versus esset omnino viciosus si auricalcum hic diceretur. Et Virgilius, Eneid *ιβ*³:

Ipse dehinc auro squalentem alboque oricalco

Circumdat loricam humeris; simul aptat habendo

vnde non potest stare aurichalcum. Diriuaciones⁴ etiam et interpretaciones false sunt; nam ab auro non potest dici, cum ibi sit orichalcum et non aurichalcum. Nam propter hoc quod ibi dicunt aurichalcum credunt quod deriuetur ab auro, et ideo cum non est aurichalcum non dicitur ab auro,

¹ So in MS.

² A. P. 202. Tibia non ut nunc orichalco vineta, tubæque | Aemula.

³ Æ. xii. 87. For *orichalco*, codex Bernensis 134 reads *oricalco*.

sed magis ab orin quod est splendere, et calchos quod est es, eo quod sit es splendidum et lucidum; vnde Isidorus dicit quod propter splendorem et duriciem sic dicitur. Habet enim splendorem auri et eris duriciem quia fit ex ere vel cupro quod in idem redit. Quantum ad propositum pertinet licet de hoc inferius aliud ingeretur.

Celum uero scribitur per ae diptongon, sic caelum, propter quod debet deriuari a celo celas, quod scribitur per ae diptongon, quod scilicet significat idem quod sculpo pis. Vnde non potest dici a celo celas, quod est occulto, siue contrarium ei quod est reuelo, nam illud non habet diptongon, et ideo cum Huguccio et alij dicunt quod potest dici ab vtroque, non est verum, sed tantum a celo quod est sculpo sicut ipsa ratio scripture docet. Et hoc testatur Plinius, in secundo naturalis philosophie, vbi vult quod dicatur celum quia ornatum et sculptum stellis. Et hoc confirmat per auctoritatem Varronis sapientissimi latinorum, et Papias dicit quod celum dicitur quasi celatum, sicut argentum, quod singnis eminentibus refulget. Quod etiam dicitur celum quasi casa helios, tanquam domus solis vt grecam habeat interpretacionem, patet quod hoc falsum est, quia celum non est grecum sed latinum nec diptongus est in hac interpretacione. Et si dicerent casa heliu, saltem grammaticae loquerentur, nam helios est nominatiuus casus et heliu est genitiuus, vnde deberent dicere casa heliu sicut domus solis et non casa helios sicut nec domus sol.

Hec igitur nunc sufficiant circa diptongos ut earum ratio latinis appareat studiosis. Hiis habitis consequenter posset fieri sermo longior de sillaba et ratione sillabicandi, sed breuiter pertranseo quia ex Prisciano multum patet coniunctio litterarum in sillabas non solum secundum latinum sed secundum grecum. Nam que Priscianus determinat multum sunt conformia sillabicacioni grecorum.

Syllaba uero componitur ex syn greca preposicione que valet cum, et labo quod est accipio, vnde sillaba, id est, concepcio litterarum in vnum, non quia omnis sillaba habeat plures litteras, sed quia ut in pluribus est hoc. Sillabatur autem consonans cum consonante non qualitercumque, sed

modis determinatis, et huiusmodi sunt circiter $\overline{\mu\sigma}$. Et $\overline{\sigma}$ sunt in quibus muta potest mutam precedere in eadem sillaba ut:—

planta quedam	octena	sicut duodena	radius	fatigacio	casus
bdellion	ogdoas		aktin	mokhthos	ptosis
oculus					

ophthalmos. Cum enim dico ogdoas, o per se sillaba est, et g cum d sillabicata in una sillaba, et cum dico aktin, a per se sillaba est, et k et t simul sillabificantur, et sic intelligendum est in hiis omnibus $\overline{\mu\sigma}$ modis sillabificandi secundum tenorem cuiuslibet regule hic date, et ideo cum dicitur mokhthos k aspiratum et t aspiratum sillabificantur in vltima sillaba, sicut k et t sine aspiracionibus sillabificantur in vltima sillaba huius dictionis aktin, sicut apud nos cum dicitur noctis c et t sunt in vltima sillaba, et cum dicitur magister s et t sunt in vltima sillaba.

	captiuus	incus	vapor
Et $\overline{\sigma}$ mute precedunt	my ekhmalotes,	akmon,	atmis,
numerus	decretum		
arithmos,	Cadmus,	dogma.	

	lucerna	insula	gens	presepe
Sex precedunt ny ut	likhnos,	Knidos,	ethnos,	phatne,
sciencia	spiritus			
gnosis,	pneuma.			

	gloria	vestis	lingua	
Octo precedunt labda ut	blasphemo,	kleos,	khlamis,	glosa,
flamma	creator	haurio	affligio	
phlox,	plastes,	anthlo ¹ ,	thlibo.	

	iudicium	vsus	ros	
Et $\overline{\eta}$ precedunt ro ut	brachia,	krisis,	khresis,	drosos,
dissero	scribo	actio	strideo	lamentacio
phraso,	grapho,	praxis,	trizo,	threnos.

	unguenta	mira		
Sima precedit my ut	smygmata,	smirma,	smaragdus,	
mundus	vinculum	diluuium	canticum	
cosmos,	baptisma,	desmos,	cathaclismos,	asma.

	extinguo	vermis	consuetudo
Et $\overline{\xi}$ mutas precedit sima ut	sbennio,	skolex,	skesis,
semen	valde	curtus	stella
sperma,	sphodra,	stenos,	aster.

Et sima cum duabus consonantibus coniungitur cum

¹ ἀντλέω.

prima sillaba dicendum ut scleros, splagkna, singnaculum
^{durus} ^{viscera} ^{singnaculum}
^{gens} ^{nauis} ^{sphragis,}
 stlataria¹, scroma.

Cum secunda sillaba similiter consonantes possunt con-
^{inimicus} ^{abortivum} ^{septem}
 iungere ut echthros ethroma² septron³.

Ante uero bita, pi, et my et phi semper debent scribi
^{arena}
 my et non ny ut symbolum, lampas, ammos, et ampho. Et
 my precedit ipsum ny ut amnos, hymnos, Omnes⁴, quod est
 proprium nomen apud grecos.

DISTINCCIO QUINTA.

[CAPITULUM PRIMUM.]

Deinde dicendum est de accentibus sillabe, et ei accidunt
 prosodie que in latino dicuntur accentus, sed non manifes-
 tantur nisi in dictione et debentur sillabe ratione alicuius
 vocalis; vnde originaliter debentur vocali sed tamquam eius
 subiecto proprio debentur sillabe velud accentus, ut color
 superficiei. Sicut enim viuere et intelligere debentur con-
 iuncto scilicet homini principaliter sicut subiecto ipso, et
 anime originaliter, secundum Aristotelem primo de anima, sic
 est hic. Proprie enim dicimus quod homo intelligit et viuut,
 et non ita proprie quod anima viuat in homine, ut vitam
 ipsius hominis exprimamus, sed homo intelligat et viuat per
 animam. Quia homo non est anima in corpore sed com-
 positus ex anima et corpore, ita quod vere vnum esse natu-
 raliter. Ibi resultat quod nec est anima nec corpus sed
 coniunctum.

Et Priscianus dicit quod vocalis est sicut anima, et con-
 sonans sicut corpus, eo quod anima vnificat corpus et dat

¹ Evidently quoted from Juvenal, Sat. vii. 134,

spondet enim Tyrio stlataria purpura filo,

where the word has been taken for the name of a nation.

² ἔκτρομα.

³ So in MS.

⁴ So in MS., cf. p. 40, probably from a misunderstanding of the quotation
 from Callimachus in Priscian, Lib. I. τὼς μὲν ὁ μνησάρχαιος ἔφη ξένος ὦλερον αἰνῶν.

ei vitam, sicut vocalis dat sonum consonanti. Et cum fit sillaba ex vocali et consonante (fit) vnus sonus compositus, qui nec est vocalis nec consonans nec vocalis in consonante sed coniunctum ex vtroque. Et illi coniuncto debentur accidentia soni, que sunt prosodie, et species eius, si proprie loquamur de eo cui debentur et principaliter tanquam substantia, sed tamen per vocalem magis quam per consonantem et dictionem, tanquam in eo in quo manifestantur hec omnia, quia in diuersis sillabis est dispar accentus; et diuersa iuxta se posita magis apparent, et ideo in dictione ubi sillabarum est [maior]¹ diuersitas manifestatur accentus. Prosodia uero dicitur a prosodin quod est cantare, quia *pros* prepositio est idem quod *ad* apud nos, et *ode* est *cantus* vnde dicitur prosodia quasi accantus. Propter quod dicitur accentus ab accino accinis, quod est compositum de *ad* et de *cano canis* et ideo dicitur accentus, quasi accantus, quia vni sillabe alie accantantur. Quamuis enim hec dicio, caleficio, ē sillabarum, tamen super vnam residet sonus principalis, scilicet super antepenultimam cui consonant et accantantur alie sillabe. Sunt autem prosodie ī ut in prima parte habitum est. Sed breuiori dictione diuiditur prosodia in δ̄; scilicet in tempora et spiritus et tonos et passiones. Chronos est tempus, quod extendit sillabam secundum longitudinem. Spiritus dicitur pneuma, et distendit sillabam secundum latitudinem. Et tonus latine, dicitur sonos grece, et eleuat in altum aut deprimit in profundum aut modo composito se habet, et hee dicuntur prosodie κυριος², id est proprie. Passio dicitur pathe et scribitur per ita in fine, et non dicitur prosodia kirios, id est proprie, sed καταχρηστικός³, id est, necessitate quadam et improprie.

Prime due sunt makra et brachia, id est longa et breuis, et vocantur tempora apud grecos, siue tempus longum et breue. De istis temporibus multi auctores grammaticae loquuntur, et musice similiter, quia ad musicum pertinet magis causas reddere quam ad grammaticum, sicut etiam hoc docet Augustinus in libris suis de musica, vbi de pedibus et metris et rithmis agit. Copiose consentiunt igitur latini et greci quod vocalis breuis naturaliter habet vnum tempus tantum, siue

¹ Word illegible.² κυριως.³ καταχρηστικως.

sillabicaretur per se ut *ait*, siue sequatur consonans ut *diligit*. Sillaba vero que fit communis per mutam et liquidam, illa habet vnum tempus et dimidium, ut *patris*; vocalis longa naturaliter uel positione habet duo tempora ut *sancta, urbs*; sed duo et semis quando post vocalem longam naturaliter vna sequitur consonans, ut *ros*; tria uero tempora si ipsi post vocalem longam naturaliter sequuntur due consonantes uel vna duplex, ut *fons, pax*.

Sed in metro omnis sillaba vel est vnus temporis uel duorum ut ait Priscianus. Racio autem istorum est quod, si vocalis sit breuis ex se, tunc minimum tempus est in eius prolacione, quia non potest littera in minori pronunciari, eo quod consonans non potest per se proferri, et hoc tempus minimum, quo profertur vocalis breuis, dicitur hic tempus vnum.

Vocalis vero naturaliter longa duplum temporis habet in sua prolacione quam breuis, et ideo duo tempora dicitur habere. Augmentari uero possunt hec tempora per consonantes additas, sed maxime si vocalis sit longa naturaliter, tunc enim consonans habet tempus dimidium, precipue si sit semiuocalis. Nam cum illa consonans recipiat complementum sui soni a vocali sibi adiuncta, fortitudo soni vocalis illius redundat in consonantem talem, et fortificatur eius sonus proprius, precipue cum sequatur, et ideo tempus crescit secundum quod crescit sonus. Sed in plenum tempus non potest crescere quia per se sonare non potest, ob quam causam crescit saltem in dimidium temporis si sit semiuocalis, et in quartam temporis si sit muta.

Sed quando vocalis est naturaliter breuis, tunc quia tempus eius vnum est et minimum, non potest augmentare sonum consonantis precipue vnus et ideo vna consonans non augmentat sensibilter tempus talis vocalis. Sed si due sint ut muta et liquida, tunc quia muta habet quartam vnus temporis et liquida non plus quarta quantum ad sensum quia deficit in liquescendo, accrescit tempus dimidium. Sed si due consonantes sequentur, scilicet semiuocales que non liquescunt, aut tres, tunc additur tempus integrum.

[CAPITULUM SECUNDUM.]

Sed in hoc capitulo sequenti volo descendere ad exempla sicut superius bis feci, in quibus et consimilibus uulgus multum errat in longitudinibus et breuitatibus.

*¹Et primo de uocabulis grecis deriuatis a lapidibus et filo, ut adamantinus, amethystinus, cristallinus, hyacinthinus, onythinus, smaragdinus, bombycinus, bissygnus et huiusmodi que omnia breuiantur in penultima sillaba. Nam omnes autores breuiant hec et nuncquam longant; ergo non est poetica licentia quod longant ista. Nam tunc est poetica licentia quando in casu causa metri fit aliqua sillaba breuis uel longa cum alias non inueniatur ita apud eundem autorem et alios. Vnde Iuuenalis ait²:

Causidicum, vendunt ametystina: conuenit illis.

Et idem³:

Grandia tolluntur cristallina, maxima rursus.

Et idem⁴:

delicias [et] panniculus bombycinus vrit.

Et Persius⁵:

hic aliquis, cui circa humeros iacinctina lena est.

Et Prudencius⁶:

sardonice pingunt ametystina pingit hyaspis.
has inter species smaragdina gramine uerno.

Et sic de omnibus autoribus, quoniam nuncquam contrarium reperitur, igitur non est poetica licentia, sed ueritas ab omnibus approbata. Et ideo Huguccio mendax et Brito mendacior menciuntur quando uolunt excusare omnes autores per licentiam poetrie.

Deinde latini suam grammaticam a grecis trahunt, et ideo precipue in grecis uocabulis debemus sequi grecos. Vnde

¹ This passage, as far as *, occurs *Compendium Studii*, ed. Brewer, pp. 461—464.

² Sat. vii. 136.

³ Sat. vi. 155.

⁴ Sat. vi. 260.

⁵ Sat. i. 32.

⁶ *Psychomachia*, 860.

Seruius super primum eneidis, grecum vocabulum transiens ad nos integre debet suo accentu proferri, et eadem ratione suo tempore et ita videmus in omnibus apud autores; et ideo hec uocabula breuianda sunt in penultimis. Cum autem obicit Brito hoc esse contra Priscianum qui vult in tractatu possessiuorum quod omne nomen possessiuum desinens in *inus* habet penultimam longam, paucis exceptis, ut masculinus femininus et alia pene infinita, dicendum est quod regula illa data est de latinis dictionibus ibi et non de grecis. Quod per Priscianum patet dicentem quod forma in *inus* et plures alie forme non sunt date de grecis sed tantum de latinis. Nam sicut ibidem docet Priscianus, forme grecorum in possessiuis non sunt in *inus*, sed in *cos* et in *os*, vt grammaticos, spondeos, quas formas, vt dicit, a grecis accepimus. In latino autem sermone non hiis tantum vtimur sed aliis, quarum vna est in *inus* sicut exemplificat: in quibus exemplis suis nullum ponit nomen deriuatum a lapide nec filo, et ideo de istis nunquam intellexit. Quia igitur Brito ignorauit rationem grecam hic, sicut Huguccio, ideo non intelligunt Priscianum. Deinde Priscianus non ignorauit poetas vniuersaliter corripuisse ista, cum omnia que vult confirmat et reprobat per eos; ergo fecisset mencionem de illis aut excipiendo aut excusando sicut facit in aliis ubi poete vsi sunt aliqua sillaba longa vel breui poetica licencia. Nam vbi agit de diminutiuis excusauit Juuenalem qui antepenultimam huius nominis ^{parua cutis} cuticulam producit dicens¹:

cum bibet estiuum extracta cuticula solem.

Ex δ enim breuibus est sed necessitate metri produxit antepenultimam. Cum uero obicit Brito quod inter exempla sua ibi ponit hoc nomen *leoninus* quod videtur esse grecum, quia leon, quod est leo, grecum est, dicendum est quod non deriuatur a leon leontos quod est grecum et greca consuetudine declinatum, sed a leo, leonis, leoni, quod latine declinatur et more latino acceptum, cui additur *nus* et fit leoninus et ideo leoninus seruat morem latinorum. Cui additur nus et

¹ Sat. xi. 203. Nostra bibat vernum contracta cuticula solem.

fit leoninus¹. Similiter quod obicit de hoc nomine, mustelinus, ibi posito, dicendum quod mustela non est grecum nam mustela apud nos vocatur gale apud grecos. Et mustela, si grecum esset, latina tamen declinatione et latino more accipitur in quantum ab eo mustelinus deriuatur.

Similiter de hiis, metropolitanus, neapolitanus et huiusmodi que penultimam producant et sunt possessiua. Sed metropolis est grecum et Neapolis. Dicendum est quod non est forma greca, sed a gentili nomine in tes sic in latinum transformata. Nam Priscianus dicit quod ab hoc nomine metropolites dicitur metropolitanus, es mutata in a; et a neapolites, neapolitanus, et ideo licet primitiua sint greca, tamen hec deriuatiua servant formam et morem latinorum.

De alijs autem obicit Brito ut de calidiacus, eous, herous et huiusmodi. Nesciuit obicere quia hec non terminantur in nus, et eciam latino more a primitiuis deriuantur, non sic illa que a filo et lapide oriuntur.*

[CAPITULUM TERCIVM.]

Aliud uero exemplum volo inducere vbi similiter est error vilis eciam apud famosos tractatores, et maxime apud Britonem, quod per disputacionem habet sufficientem elidi; et est de hoc nomine *ptisana*, cuius media breuiatur, et p ante t in prima sillaba ponitur. Sed creditur a multis quod media longetur et quod p littera sequatur i litteram sic: tipsana. Vnde non solum erratur in tempore sed in scriptura et per consequens in significacione et interpretacione. Quod autem p littera est prima in hac dictione, manifestum est per grecos libros in quibus sic scribitur, item per omnes antiquos libros autorum, et in scriptura sacra, et alibi, item per Papiam, qui in capitulo dictionum incipientium a p littera ponit hoc vocabulum quod et asserit esse grecum. Huguccio uero ponit hanc dictionem primo in p secundo in t, ex quo sibi contrarius est et erroneus, ex quo hic error inoleuit pro parte. Sed ignorancia greci compleuit hunc errorem.

¹ So in MS.

Quod autem media sit correpta: patet per Macrum qui dicit metrice¹

cum ptisana succum porri sorbere iuuabit.

Et per Oracium qui dicit²

tu cessas? agedum, sume hoc ptisanarium orise.

Qui versus habet sic scandi, "tu cessas agedum sum hoc ptisanari orise"; ut solum auferatur ultima sillaba que est um in hoc vocabulo ptisanarium, quatinus non auferatur littera i ut dicat ptisanar orise, sicut fingitur a quibusdam. Et ideo cum sic scandi debet ptisanari orise, patet quod hec sillaba sa que est secunda sillaba in hoc vocabulo †ptisanarium† [ptisanarium] breuiatur et ideo breuiabitur eadem sillaba in hoc vocabulo ptisana.

Sed nunc instandum est ad probacionem scansionis dicte vt solum vltima sillaba auferatur in scandendo. Nam si i littera auferatur, vt dicatur *ptisanar orise*³, versus erit falsus, quoniam a ante r in deriuatis producitur ut dicit Priscianus in quarto libro, ut popularis, singlaris, familiaris, auarus, contrarius, et huiusmodi. Sed tamen certitudo maior huius scansionis patet ex dicendis. Sciendum igitur secundum omnes autores quod elipsis tollit m litteram in fine dictionis in metro sed vocalem synalipha; per has enim figuras excusatur metrum apud autores; quando igitur aliqua dicio incipit a vocali, precedens dicio immediate si desinit in vocalem, uel in litteram m, fit abscisio in fine de dictione, et interdum abscinditur sillaba integra, interdum pars sillabe. Nam quando vltima dictionis precedentis sillaba incipit a vocali abscinditur tota sillaba; siue uocalis faciat per se sillabam, vt apud Oracium⁴

inuidia et fragili querens illidere dentem,

hic *a* vocalis huius dictionis, inuidia, tollitur scandendo; siue vocalis sit iuncta cum m ut apud Oracium⁵

omnibus hoc vicium est cantoribus, inter amicos.

¹ Macer de Herbis. De porro herba, 13.

² Sat. ii. 3. 155.

³ Compare Opus Tertium, p. 237; Compendium Studii, p. 455, ed. Brewer; Opus Maius, pars ii. p. 91, ed. Bridges.

⁴ Sat. ii. 1. 77.

⁵ Sat. i. 3. 1.

Sed si vltima sillaba diccionis precedentis incipit a consonante, ipsa consonans remanet et abscinditur quicquid post illam est, vt apud Virgilium¹

multum ille et terris iactatus et alto

Hic aufertur tam v quam m huius sillabe, tantum in hac diccione *multum* per scansionem. Considerandum eciam quod, abscisa sillaba, tota penultima sillaba que remanet sicut et antea breuis est, ut in duobus primis exemplis, sed abscisa parte sillabe, vocalis, que precedit immediate consonantem, que remanet, tempus suum retinet. Nam si fuerit vocalis longa ipsa remanet longa apud Lucanum²

assensere omnes sceleri letatur honore,

hec enim sillaba *ser*, in scandendo, longa remanet, nam sic scanditur *assenser omnes*. Sed si vocalis fuerit breuis, ipsa remanet breuis ut apud Oracium³

quam ex hoc fonticulo tantundem sumere. Eo fit.

Nam sic scanditur *sumer eo fit*, et ideo hec sillaba *mer* breuiatur scandendo, sicut est ex natura. Consonans uero que remansit si iungatur longe vocali, facit longam sillabam, si breui breuem, ut patet in predictis duobus exemplis. Ex hijs que dicta sunt patet quod nuncquam abscinditur nisi vnica sillaba et vna littera abscisa reputatur pro sillaba. Nam vocalis semper aufertur, et quando ipsa vim sillabe habet per se posita, tunc in eius abscisione tollitur sillaba vt planum est. Quando uero cum consonante vna vel pluribus constituit sillabam adhuc in eius ablacione tollitur sillaba, quoniam licet consonans precedens eam in sua sillaba remaneat, tamen sillaba vna deerit per ablacionem vocalis quoniam illa consonans non potest sillabam facere nec eciam per se manet, sed sillabatur cum vocali precedentis sillabe et in sillabam precedentem cedit per scansionem. Quoniam eciam vocalis facit sillabam principaliter, ideo ablata vocali computatur pro sillaba et hec patent in dictis exemplis.

Siquis uero dixerit duas sillabas debere uel posse abscindi, tunc secundum hoc, omnes tales versus sunt falsi,

¹ Æ. i. 3.

² Ph. viii. 536.

³ Sat. i. 1. 56.

non solum poetarum gentilium sed christianorum, vt Seduli Prosperi et Juuenci qui tamen sunt autores certissimi. Juuencus enim fuit vicinus¹ temporibus apostolorum, et metricauit euangelium cuius autoritatem laudat Jeronimus, et alii multi. De Prospero et Sedulio notum est omnibus peritis quod sint digni autores. Primo igitur quod dictum est manifesto per poetas gentiles, Oracius²:

non aliam ob causam nisi quod virtus in vtroque est.

Ecce quod scandendo non demittitur nisi hec sillaba *am* et remanet *ali*. Si enim velis litteram abscindere ut due sillabe desint et tantum remaneat *al*, falsus erit versus. Cum *al* sit breuis, et sic scandendo producitur *non al ob causam*. Idem apud Lucanum³:

Italiam extremo sedeat quod litore magnus.

Ecce non demittitur nisi *am*. Si enim demerentur due sillabe, scandetur sic *ital extremo*, et tunc ista sillaba *tal* longaretur sequente vocali, cum tamen sit breuis, quod fieri non potest. Idem de sillaba in qua est sola vocalis ut apud Oracium⁴

inuidia et fragili querens illidere dentem

non potest demi nisi *a* vocalis que facit vltimam sillabam huius dictionis inuidia. Nam si vocalis *i* demeretur vt due sillabe deficient, scandendo sic *inuid et fragili*; hec sillaba *vid* longaretur sequenti vocali cum tamen sit breuis, naturaliter quod esse non potest. Hoc idem probatur per autores christianos. Sedulius⁵ enim scribit:

· principium et finem hunc alpha viderier hunc o⁶

Priscianus dicit quod autores latini dicunt farier pro fari, et sic viderier pro videri. Hoc dico propter sensum versus. Sed scanditur sic, *principi et finem*, et saluantur omnia que dicta sunt; quod si dematur *i* littera vt due sillabe de-

¹ Circa A. D. 330. Jerome.

² Sat. i. 7. 14.

³ Ph. ii. 659.

⁴ Sat. ii. 1. 77.

⁵ Carm. Pasch. iii. 288. Compare Compend. Stud. p. 456, ed. Brewer.

⁶ So in MS.

ficiant, tunc scandetur sic *princip et finem*. Sed *cip* sillaba tunc longatur vocali sequente cum sit brevis, quod esse non potest. Et ideo non possunt due sillabe demi. Similiter Prosper¹ ait

iudicium humanum quod falli sepe necesse est.

Et patet de hoc vocabulo iudicium sicut dictum est de hoc vocabulo principium in alio versu. Item Sedulius pro sillaba que pure vocalis est, ait²

Iudicio est antiqua fides et cana priorum.

Hic tantum aufertur *o* vocalis aut falsus erit versus sicut prior. Item Prosper³:

vna trium deitas vna est essentia ab vno.

Sola vocalis *a* in hac dictione vna auferri potest, et similiter in hac dictione essentia. Et Juuencus⁴ ait

Officio amissamque leuant promissa loquelam.

Hic aufertur vltima vocalis *o*, nec potest plus sine falsitate auferri.

[CAPITULUM QUARTUM.]

Ex omnibus igitur hijs patet quod hic versus Oracii⁵,

tu cessas? Agedum, sume hoc ptisanarium orise,

debet sic scandi, *tu cessas agedum sum hoc ptisanari orise*; ut solum hec sillaba *um* in dictione ptisanarium abscondatur, et remanebit hec sillaba *ri* illesa, que brevis est naturaliter, et in scandendo breuiatur; et saluantur omnia predicta. Et est hec sillaba *sa* brevis, et hec sillaba *na* est longa, et nullum accidet inconueniens. Sed si hec vocalis *i* auferatur, cuius ablatione demitur noua sillaba preter vltimam; tunc hec sillaba *nar* corripitur scandendo, sed hoc non potest esse, cum a ante r in deriuatiuis producat, ut contrarium et huiusmodi. In duobus igitur peccant multi in hoc vocabulo

¹ Epig. xcix. al. xcvi.

⁴ i. 83.

² Carm. i. 77.

⁵ Sat. ii. 3. 155.

³ Epig. lv.

scilicet de ablacione duarum sillabarum ad quam multa sequuntur inconuenientia, et de scriptura qua ponunt p litteram inter i et s dicendo tipsanarium, et hec scriptura falsa decepit eos reliquo errore. Nam sic non potest *an* proferri nisi ultima sillaba, quia prima huius dictionis tipsanarium producit saltem per posicionem quia p et s sequuntur i vocalem. Et quoniam Brito in famoso tractatu suo, qui vulgatur apud omnes, et tam apud theologos quam alios, obstinate sustinet hunc errorem, ideo volo hic recitare verba sua ut eius error caucius euitetur.

Dicit igitur in capitulo suo de hac dictione ista verba¹. Tipsana, sicut dicit glosa β regum ιξ, dicitur ordeum siccatum pila tonsum decorticatum, et fit inde cibus aptus carentibus dentibus et Alexander Nequam sic ait

cortice nudata tipsanas ordea dicas.

Optime fecit producens penultimam, unde Oracius in sermonibus,

tu cessas? agedum, sume hoc tipsanarium orise.

Iste versus sicut sciunt boni grammatici scanditur ac si esset littera talis

tu cessas agedum sum hoc tipsanar orise.

Vnde patet quod media producit, et dicitur tipsana a tipto, quod est percutio, quia percutitur in pila quando decorticatur.

Hoc est eius capitulum falsum de sua tipsana falsa verbo ad verbum quod non continet nisi mendacia preter illum quod glosa dicit, ptisanarium est mortarium a tipsanis dictum et ptisane grece que proprie fieri solet in pila. Hinc est illud prouerbiorum², ubi dicitur: si contuderis stultum in pila, quasi ptisanas feriente desuper pilo, non auferetur stulticia eius. Nam pila inter ceteras eius significaciones a pinsendis, id est terendis seminibus, dicta est vas concauum medicorum vsibus aptum. Pilum uero est vnde contunditur quicquid in pila

¹ Brito, Vocabularium, s. v. Tipsana.

² Prov. xxvii. 22.

mittitur. Certum igitur est ex hijs et alijs, quod ordeum tonsum decorticatum in pila primo dicebatur ptisana. Sed tamen liquor est ordeï, qui non solum exprimitur in mortario, sed ex decoctione ordeï in aqua in qua exit humor ordeï et fit aqua salubris quam medici jubent dari febricitantibus, et hoc modo est in vsu modernorum, licet antique scripture vse sunt ptisana pro ipso ordeo fracto et decorticato in mortario. Sed cetera que sequuntur in capitulo dicti viri sunt falsa ut probatum est superius habundanter. Et errauit cum eo Alexander Nequam qui in hac parte nequicia usus est. Vsus est autem crassa ignorancia, nec est pro autore allegandus quamuis fuerit multum literatus. Agedum uero est aduerbium hortandi, et grecum est ut in tractatu de aduerbio exponetur.

[CAPITULUM QUINTUM.]

Multa sunt erronea in vsu eorum qui nesciunt rationem grece grammaticæ, et multiplex ignorancia tenet multos. Nunc igitur inferam regulas aliquas pro.....¹ et correccionibus in grecis uocabulis que sunt in vsu latinorum. Sed quia prosa non consideramus nisi penultimas sillabas, ideo de hijs tantum ad presens dicendum est. Si igitur uocalis precedit uocalem et sint nomina feminea desinencia in *ea*, tunc penultima producitur ut *astrea*, *chorea*, *medea*, *platea* et huiusmodi. Nomina uero in *a* mulierum producimus ut *Argia*, *Maria*, *Saruia*. Si tamen nomen femineum descendat a masculino in *ius* breuiatur ut *Claudius*, *Claudia*; *Julius*, *Julia*. Excipitur *Lucia* que a *lucio* deriuatur. Tetra² sillaba et vltima² breuiat usus ut *Athalia*, *Anastasia*, *Cecilia* et huiusmodi. Nomina greca regnorum in *ia* corripimus in latino, vt *Lydia*, *Syria*, *Frigia*, *Media*, *Samaria*, *Babylonia*.

In appellatiuis teneatur vsus ecclesiarum. Nam in appellatiuis grecis regule grece ignorantur a latinis. Hec tamen longare in penultima solemus, *agonia*, *allegoria*, *armonia*,

¹ Word illegible.

² So in MS.

epiphania, ierarchia, fantasia, logia, et ab eo composita ut
 genealogia, ^{quod est figura barbarismi} macrologia, tautologia, theologia, tropologia,
 melodia, philosophia, simonia, psalimodia, ^{pugna anime} psychomachia,
^{substantia} usia, symphonia, quod est concors concentus in laude
 diuina, sicut accipitur in Luca de filio prodigo. Quia non est
 instrumentum musice sicut Jeronimus ait ad Damasum de
 filio prodigo, sed symphonia pro instrumento musico ut in
 Daniele¹ accipitur, corripit penultimam, vnde Oracius² corripit
 eam cum dicit, "symphonia discors."

Et similiter hec corripimus gastrimargia, ^{gula} cinomia, latria,
 neomenia, scenophegia. Apud grecos quidem ut in pluribus
 vocalis ante vocalem producit, sed non in omnibus: vsus
 igitur apud latinos de huiusmodi teneatur.

Nomen in *eas* producit ut Andreas, Egeas, Eneas. Nomen
 masculinum in *ias* nos moderni producimus, ut Lysias, Ysaias,
 Ieremias, Zacharias, sed antiqui latini solebant hec corripere,
 vnde Juuenus:

Jsaïas vates cecinit et idem Zacharias vicibus.

Femininum in *ias* corripitur ut Herodias.

Nomen in *aus* et in *eus* solemus producere, ut Nicholaus,
 Menolaus, Bartholomeus, ^{nomen diaboli} Asmodeus, Cendebeus, galileus,
 giganteus, hebreus, Jesubeus, spondeus, Zacheus, Pithagoreus.

Nomen in *eum* producit, ut conopeum, mausoleum.
 Juuenalis³:

vt testudineo cui Lentule conopeo

et est conopeum reticulum factum circa lectos propter culices
 et cyniphe arcendas; et Lucanus⁴:

pyramides claudunt indigna que mausolea.

Et quidam producunt theloneum alii corripiunt, sed vt in
 pluribus producit, quamuis secundum grecum magis debet
 corripì, quoniam thelonion grece pro quo habemus thelo-

¹ Daniel iii. 5, 7, 10, 15.

² A. P. 374.

³ Sat. vi. 80. MS. cui for tibi.

⁴ Ph. viii. 697.

neum habet penultimam correptam, et est locus ubi exactor publici vectigalis sedet, nam telos grece vectigal latine.

Nomen in *ius*, quod grece dicitur in *ios*, corripitur ut Cornelius, Claudius, Tullius; quedam tamen apud poetas inueniuntur produci ut Lychius Arrius.

Nomen in *ous* producitur ut ^{orientalis} eous, sicut dicit Priscianus agens de possessiuis. Reliqua nomina vbi vocalis est ante vocalem breuiantur ut Jecaa, Jefua, Bethsabée, Gelboe, Japhie, Josue, Isai, sicut superius dictum est secundum Juuencum, Jesus, Vagao, Abiu, Esau. Et licet aliqua de hiis et prioribus sumuntur ab hebreis, tamen hic accipiuntur vt pronunciantur a grecis, nam aliter accidit de aliquibus horum in vsu hebreorum et grecorum, et nunc potius imitamur grecos quam hebreos.

DISTINCCIO SEXTA.

Habito de hiis longandis uel breuiandis que habent vocalem ante vocalem, nunc dicendum est de hijs in quibus vocalis ante consonantes inuenitur, et hoc secundum singulas vocales comparatas ad diuersas consonantes in quibus est aliquid notabile.

[CAPITULUM PRIMUM.]

Et primo de a ante consonantem.

A igitur ante b¹ in penultimis breuiatur, ut Barnabas, Barabas, Agabus, arabes et huiusmodi; excipitur Barrabbas vnde Sedulius²:

tunc coluere Baal, tunc elegere Barabbam.

Siue igitur componatur ex bar et rabbi, siue a bar et abbas, semper habet duplex b, et ideo penultima longatur; bar est filius, rabbi magister, et bar filius, abbas pater.

A ante c breuiatur ut ^{proprium nomen} Yapsaces, ^{auis que loquitur} psitacus, ^{vnguentum} farmacum,

¹ What follows is an amplification of Opus Tertium, cap. LXIII.

² Carm. v. 147.

proprium nomen

Challimacus, et similia ; sed producitur in genitiuis in acis, vt ait Priscianus in septimo, ut thorax thoracis, Ajax Aiakis, pheax pheacis. Virgilius¹ thorachis aenos, Candacis similiter et in genitiuo et ceteris obliquis, cuius nominatiuus est Candaci in greco, et est Candac nomen reginarum Ethiopie, sicut Cesar nomen imperatorum romanorum, et Ptholomeus regum Egipti, ut ait Jeronimus super Ezechielem. Et Seruius vult hoc idem super eneiden, vnde [est] nomen principatus non persone cuius nominatiuus non est Candax vt estimatur, sed Candaci sicut grecum probat. Excipiuntur farnacis, abacis, colacis, Lucanus¹: “farnacis arma.”

A ante d breuiatur, vt hyades, pliades, ebdomades, lampades, diplades, et huiusmodi, Virgilius²

arcturum hyadas plyadas, geminos que triones.

Et sunt hyade³ et plyades quedam congregaciones stellarum, Seruius dicit super Georgica hyades in fronte tauri, *απο τοῦ vos*, in cuius formate sunt facie uel ab y greco, cuius similem figuram habent ; *υς vos* est sus. Et hyades continent septem stelle³ ad modum trianguli sine basi, et ideo latini dicunt quod dicitur ab hiando, quia hiant : cum triangulus non claudatur. Sed hoc est falsum, quoniam nomen grecum non recipit interpretacionem latinam ut idem Seruius ait. Plyades habet septem stellas adinuicem conglobatas, que note sunt. Lucanus⁴:

aspides in mediis sciciebant dipsades nubis,

dipsas est serpens quidam sitibundus. Excipitur cicada de quo Lucanus⁵:

Sole sub ardenti resonant arbusta cicadis.

A ante f breuiatur ut colaphus, ephaphus, chyrographus. Sedulius⁶:

uel colaphus pulsare caput uel cedere palmis.

¹ Ph. ii. 637.

² Æ. vii. 633, thoracas aēnos, ed. Ribbeck. Æ. i. 744, arcturum pluiasque hyades geminosque triones, ed. Ribbeck. ³ So in MS.

⁴ Ph. ix. 610, nubis for undis.

⁵ So in MS. for Viig. E. ii. 13.

⁶ Carm. v. 97, colaphūs for colaphis.

Et Juuenalis¹ :

vana superuacui dicunt chyrographa lingni.

A ante g corripitur in prima et secunda declinacione, ut

chyragra, croagra, podagra, ^{asinus ferus quia onos} onager, ^{est asinus et agrios ferus} sarcophagus, ^{sepulcrum}
 proprium nomen

Abdenago. Nam Macer corripit chyragram, que est passio manuum que impedit vsum earum sicut podagra pedum quam similiter corripit, licet Ouidius in metro producat. Sed tamen in prosa debent breuiari, quia licet sillaba naturaliter breuis possit produci in metro per mutam liquidamque sequentem, tamen non potest in prosa longari cum sit naturaliter breuis. De sarchophago, Juuenalis ait² :

sarchophago contentus eris, mors sola fatetur.

^{villa martis}

Excipitur ariopagus quod producitur.

A ante l breuiatur in Tantalus, Tesselus, similiter galgala, bubalus, cymbalum, onocrotalus quod est auis similis cigno, ut ait Plinius.

A ante m breuiatur, ut calamus, pyramis, ^{regina quedam} Semiramis, cinnamum, quod nos dicimus cinnamomum, piramus, sed tamen tyiniama producitur quod est incensum.

A ante n breuiatur in primitiuis ut Helcana, ^{gens} bragmanas, ptisana, clibanus, oceanus, galbanum, tympanum, coctana.

Propria nomina quedam producuntur, ut Vulcanus, Garganus pro monte de quo Lucanus³,

apulus adriacas exit Garganus in vndas.

Sed Garganus pro homine breuiatur sicut et Dardanus, ^{mons} Libanus, ^{arbor} platanus. Diminutiua producuntur, ut spartanus a Sparte ciuitate, Juuenalis⁴ "et spartana clamis," paganus a pago quod est villa. Et similiter producitur si i precedat

¹ Sat. xiii. 137.

² Sat. x. 172, eris, so in MS. for erit.

³ Ph. v. 380.

⁴ Sat. viii. 101. Cod. Gothanus 1 reads, et spartam.

ipsum a, ut Diana. Similiter obliqui qui descendunt a nominatio in an producuntur, ut Titan, Titanis, unde Lucanus¹:

et longi uuluunt ^{solem} titana labores,

pean, peanis, Ouidius²:

sacrum peana canebant,

et pelican, pelicanos, et ideo hoc nomen, pelicanus, pelicani, descendens a greco, longat penultimam secundum formam predictorum, quod clarius patebit inferius. Nomina etiam tercie declinationis producuntur ut Jordanis, Nichanor (proprium nomen sepius in Machabeis). Sedulius³:

Jam placidas Jordanis item transgressus harenas.

Excipitur Taranis de quo [Lucanus⁴]:

Et Taranis scichie non miror archa diane.

Et phane, quod est appareo, et omnia que componuntur et deriuantur ab eo, producuntur ut prophanus, et Epiphanes, epiphania.

A ante p breuiatur, ut ^{percussio colei} colaphus trielaphus⁵, gausape et huiusmodi. Excipiuntur Priapus, synapis, Mesapus. Virgilius⁶:

Hellespontiaci seruat tutela Priapi.

Juuenius⁷:

preparui grano regnum celeste synapis.

A ante r breuiatur, ut cithara, ^{genus fructecti calidi et humidi} caparis,
 ab a quod est sine et charis quod est gracia ab eu quod est bonum ^{proprium nomen}
 acharis, eucharis, Sisara,

urbs sancti Nicholai
 Patara.

¹ Ph. i. 90. MS. uuluunt, for uoluunt.

² Ouidius MS. for Staius. Theb. iv. 157.

³ Carm. Pasch. iv. 1.

⁴ Luc. Ph. i. 446:

Et Taranis Scythicae non mitior ara Dianae.

⁵ So in MS. tragelaphus?

⁶ G. iv. 111.

⁷ ii. 821.

De capara Marcialis¹:

Caparis et putri.

^{mitra}
Sed tiara, et zodoara producuntur.

A ante s in primitiuis breuiatur, ut extasis, ^{raptus figura barbarismi} emphasis,
^{proprium nomen mons altissimus}
Damasus, Caucasus et antifrasis breuiatur. Excipiuntur
Parnasus mons, omasus, agaso; Lucanus²:

Parnasusque jugo misit desertus utroque.

A ante t in primitiuis breuiatur, ut Ephrata, Galatas,
zonatas, calatus, cyatus. Oracius³:

pocula cum cyato.

Hiis adiungit vsus aratrum, theatrum; sed videtur mihi
quod sint longa. Oracius⁴:

ille grauem dura qui terram vertit aratro.

Similiter et apostata breuiatur. Propria uero in ates
longantur, ut achates lapis preciosus, Eufrates fluuius, Mitri-
dates nomen proprium. Virgilius⁵:

ac primum scilicis scintillam excudit achates;

de secundo idem⁶:

hinc mouet Eufrates hinc Germania bellum,

de tercio Marcialis⁶:

profecit poto Mitridates sepe veneno.

Excipiuntur Antiphates, Socrates, et nomen appellatiuum
scenobates. Oracius⁷:

Antiphate, Scillam.

Juuenalis⁸:

inter socraticos.

Idem⁸:

Augur, scenobates, medicus, magus: omnia nouit.

¹ iii. 77. 5.

² Ph. iii. 173.

³ Sat. i. 6. 117.

⁴ Sat. i. 1. 28, MS. dura for duro.

⁵ Æ. i. 174; G. i. 509, MS. hinc (2^o)

for illinc.

⁶ v. 76.

⁷ A. P. 145.

⁸ Sat. ii. 10; Sat. iii. 77.

Deriuatua producuntur ut grabatum, penates, lapates, pirata. Sedulius¹:

surge, ait, et proprium scapulis attolle grabatum.

Lucanus²:

Tarpeia de rupe sonans frigique penates.

Idem²:

an melius fierent pirate, magne, coloni.

Sparciate, populi a Sparta ciuitate, producuntur quod clarius in accentibus elucescet. Obliqui in *atis* masculini generis et feminini producuntur ut Mescenatis, abbatis, sed obliqui neutri corripiuntur, ut scematis, domatis, dogmatis, poematis, Juuenalis³:

Scemata quid faciunt?

Similiter hec propria Philostratus, Nicostratus, Sostratus, Amathus. Juuenalis⁴:

prandente, madidis cantat que Sostratus alis.

Marcialis⁵:

conuiuia Philostratus vndis.

Sed Pilatus producitur. Sedulius⁶:

heu facinus Pilate tuum.

[CAPITULUM SECUNDUM.]

E ante b producitur, ut ephébus. Juuenalis⁷:

Armenius ^{nomen proprium} Zelates cunctis narratur ephēbis;

excipiuntur herebus, hesebon. Ouidius:

ante fores herebi.

E ante c producitur, ut apotheca, chirotheca, decem tamen, et undecim, et seminecem et huiusmodi breuiantur. Sedulius:

Seminecem membrīs non totum viuere cuius.

¹ Carm. Pasch. iii. 98.

² Ph. i. 196, MS. sonans for Tonans; i. 346.

³ S. viii. 1. MS. scemata for stemmata.

⁴ S. x. 178, ubi "prandente, et..."

⁵ xi. 82.

⁶ Carm. Pasch. v. 157.

⁷ Sat. ii. 164, MS. Zelates for Zalates.

E ante d producitur, ut Diomedes, Ganimes, cynedus, traiedus : duo prima patent : de tercio¹

inter socraticos notissima fama cynedos,

de quarto² :

qui se credebat miros audisse traiedos.

Nomina in a corripuntur; ut Andromeda, cathedra, exedra que est talamus et sedes in diuersis significacionibus, quibus iungantur Alcimedon, Macedo, Laomedon, de primo Juuenalis³ :

accipit Andromeda,

de vltimo Virgilius⁴ :

Laomedonciadem Priamum.

E ante f corripitur, ut elephas.

E ante g corripitur, ut tristega vel tristegum, quia stego quod est tego scribitur per e breue, et Hugucio in hoc consentit, sed Beda maior est qui dicit :

auriferum solium variabat tristega duplex.

Sed multitudo grammaticorum et aliorum longat hoc vocabulum propter greci ignoranciam.

E ante l producitur ut camelus, carmelus, phazelus, Lucanus⁵ :

et latus inversa nudum munita phazelo.

Et obliquus nominatiui in el, ut Daniel Danielis, Samuel Samuelis, sicut dicit Priscianus in sexto. Excipitur angelus, Abimelec, timele. Obelus etiam, quod est signum grammaticum ad modum sagitte, confodiens et auferens superfluum in textu aliquo, quo multum vtuntur theologi, corripitur : nam Virgilius corripit penultimam in suo diminutiuo quod est obeliscus. Et obelos scribitur in greco per e breue, quod est sagitta. Quedam propria breuiantur ut Sigelus, Tescelus, sed Gabelus producitur.

¹ Juuenal, Sat. ii. 10. MS. fama for fossa.

² MS. for Hor. Ep. II. ii. 129. ³ Sat. iii. 103, MS. for accipit endromidem.

⁴ Æ. viii. 158. ⁵ Ph. v. 518.

E ante m producitur ut enthymema, poema, diadema, Juuenalis¹:

torqueat entimema, nec hystorias sciat omnes.

Anathema vero secundum grecum corripitur, sed preualet nimius vsus. Nomina quedam propria producantur ut Nichodemus, Palémon, Juuenalis¹:

ecce Palémon,

lachedémon, sed ^{nomina propria} Archemas, Neophólemus, Eupólemus, Triptolemus, breuiantur quia grece per e breue scribuntur. De secundo Virgilius²:

ne[o]ptolemus primusque Machaon.

Corripitur heremus, vsu licet producat.

E ante n producitur ut harena, Camena, Miscène, Athene, balena, sagena, Magdalena. Nomina propria breuiantur ut Helenus, Helena, Stelenus, Polixena, Demostenes, Sostenes, Hermogenes, Eumenis, Parmenas, quia grece scribuntur per e breue; de primo Virgilius²: hic Helenus. Ouidius³:

Helenam a crimine saluo,

Virgilius⁴:

Tessandrus Stelenesque duces,

et sic de aliis ponunt auctoritates, ad similitudinem quorum debet breuiari Origenes, Juuenalis⁵;

ut condam Marceus, amator Origenis ille.

Excipiuntur Antenor, Mitilene, Siene, Diasene, et Hismenus, Virgilius⁶:

Antenor potuit.

Oracius⁷:

redonat Mitilenam.

¹ S. vi. 450. S. vii. 219. MS. ecce for cede. ² Æ. ii. 263. Æ. iii. 369.

³ Ars Amat. ii. 371. Helenen ego crimine soluo.

⁴ Æ. ii. 261, MS. Stelenes for Sthenelus.

⁵ MS. Juuenal for Horace, Sat. I. ii. 55.

⁶ Æ. i. 242. ⁷ Od. I. vii. 1, ubi "Rhodon aut Mitilenam."

Lucanus¹:

ciuitas sub cancro

vmbas nuncquam flectente Syiene.

Stachius²:

Hysmenon aceruo.

Et obliqui a nominatio in *en*, ut syren syrenis, lien lienis,
Oracius³:

sirenum voces.

arbor nigra
Hebenus uero breuiatur, Virgilius⁴:

fert hebenum,

non est ibi hebanus, ut *a* sit in media sillaba.

E ante *p* breuiatur, ut thelephus, Josephus, edepol,
Juuenalis⁵:

Thelephus aut summi.

liber sex dierum

E ante *r* breuiatur, ut exameron et in pluribus. Fixa

stella

in rus uel in ra, ut hesperus, camera, edera, patera, au-
toritates patent et uulgus nouit. Excipiuntur chimera,
quod est gladius uel culter
machera, Megera, statera. De secundo Juuenus:

atque animam matris ferro fulgente machere.

De tercio Lucanus⁶:

horruit Alchides, viso iam dire, Megeram.

Et poderis, quod est vestis talaris, producitur in greco licet
vsus modernorum breuiat. Terminancia in rus producuntur,
ut homerus, galerus. Excipiuntur Cerberus, craterus, eleuterus.
Stacius⁷:

Cerberus, atque omnes,

de secundo Oracius⁸:

non est cardiacus, craterum dixisse putato.

¹ Ph. ii. 587.

² Th. i. 40.

³ Ep. I. ii. 23.

⁴ G. ii. 117.

⁵ S. i. 5.

⁶ Ph. i. 577. MS. dire for Dite.

⁷ Th. ii. 27.

⁸ S. II. iii. 161.

Nomina vero aliqua desinencia in er producent obliquos,
cyphus
 ut crater, iber, panther. Virgilius¹:

crateres magnos statuunt.

Oracius²:

diuersum confusa genus panthera camelo.

Dicitur autem hec panthera, ab accusatio greco panthera, sicut hec cratera ab accusatio cratera, nam grece habetur hic crater, sed latinus format ab hoc greco hec cratera; eodem modo character, luter, stater producent obliquos secundum grecum: sed vsus latinorum breuiat. Nauclerus etiam producitur.

E ante s breuiatur, ut Genesis, Lachesis (dea fatalis), diocesis, antithesis, Ephesus et huiusmodi. De secundo, Juuenalis³:

nomen dee fatalis
 dum superest Lachesi quod torqueat,

et Lucanus⁴:

Ephesonque relinquens.

Excipiuntur galesus, poesis, frenesis, fronesis, mathesis, pro disciplina. Virgilius⁵:

culta galesus

in fine versus. Oracius⁶:

ut pictura poesis: erit.

Juuenalis⁷:

cum furor haud dubius cum sit manifesta frenesis.

Fronesis, que est prouidencia uel sensus, scribitur per ita in greco. Mathesis similiter quod est disciplina uel sciencia, a quo dicitur mathematica que est doctrinalis sciencia, et mathetes qui est discipulus, scribitur per ita in greco, quod descendit a matho quod est disco, et scribuntur omnia hec

¹ Æ. i. 724.

² Ep. II. i. 195.

³ Sat. iii. 27.

⁴ Ph. viii. 244.

⁵ G. iv. 126.

⁶ A. P. 361.

⁷ Sat. xiv. 136.

per th aspiratum, vnde procul dubio longatur penultima et ideo falsus est versus qui dicit

scire facit mathesis sed diuinare mathesis,

et similiter iste :

philosophi mathesim dicunt vatesque mathesim.

E ante t producitur ut athleta, propheta, geometer, metreta, quod est mensura liquidorum, Miletus, Philetus, Dametas. De omnibus patent versus multipliciter apud auctores nec in hiis est difficultas. Excipitur massagetas,

^{a uenia}
uenetus. Lucanus¹:

agmina : Massagetes Schycticus non alliget Hister.

Idem corripit uenetus. Similiter breuiatur Ephenetus, et Aretes propria nomina, Aretes est nomen grecum loco cuius latinus dicit Areta, Arete ; vnde illud² " Damasci prepositus gentis Arete regis voluit me comprehendere," et arete quod est virtus a quo aretalogus quod est *sermo virtuosus*, ab arete, quod est virtus et logos sermo, et Juuenalis corripit *re* sillabam dicens³:

mouerat, ac mendax aretalogus. in mare nemo.

Et est arete virtus gratuita, dinamis vero virtus naturalis, qua diuersitate ignorata a multis latinis, accipitur vna pro alia in scripturis autenticis sicut dominus Robertus⁴ sancte memorie condam episcopus lincolniensis, doctor famosissimus, exposuit in suis commentariis super libros Dionisii et corrigit ceteros translatores. Metrum similiter breuiatur et composita ut exametrum, et pentametrum, et feretrum. Sed orthigometra longatur, quod est coturnix, quia penultima per *ita* grece scribitur et naturaliter longa non potest breuiari in metro nec in prosa ; cum ergo famosus tractatus vocabulorum⁵ sed mendosus dicit quod dicitur a metron quod est mensura, falsum est, nam metrum scribitur per e breue, orthigometra

¹ Ph. ii. 50.

² 2 Cor. xi. 32.

³ Sat. xv. 16. ac for ut.

⁴ Cf. Opus Tertium, x. xxii. xxiii. xxv. Opus minus, p. 329. Compend. Stud. v. vi. viii. (ter.). Opus maius, pars iii. pp. 67, 70, 73 ; pars iv. p. 108 : ed. Bridges.

⁵ Brito, *Vocabularium*.

per e longum hoc est per ita. Obliqui etiam qui veniunt ab iambicis grecis producuntur ut lebetis, daretis, tapetis, chremetis, ramnetis. Similiter obliqui propriorum ut Agnetis, Hermetis, Magnetis, Virgilius¹:

et tua dona facit geminos ex ere lebetes,

et sic de aliis sunt auctoritates, sed non oportet eas hic adducere.

[CAPITULUM TERCIVM.]

I ante b breuiatur ut zinziber, Celtiber.

ante c similiter ut aulicus ab aula, quod est grecum, et propria vt Amicus, Anicus, et similiter ut est appellatiuum atticus ca cum, ab athenis. Similiter Euthycus, Tychicus, Andronicus, Virgilius¹:

nunc Amici casum gemit,

Juuenalis²:

Atticus eximie si cenat lautus habetur,

Arator³:

solus ab excubiis viuacibus Euthycus exul,

et huiusmodi breuiantur, chronica, mantica, musica, salamantica, Thessalonica, Vtica (ciuitas Affrice, a qua dictus est Cato Vticensis), Oracius⁴:

aut fugiens Vticam aut vinctus mitteris Hilerdam.^{ciuitas}

Genitiuus in icis, a nominatiuo in ex, breuiatur ut caricis, muricis. Virgilius⁵:

fructus
et carice pastus acuta.

Idem^b:

murice, iam croceo mutabit vellera luto,

id est colore rubicundo secundum Seruium. Nam murex est coclea piscis in concha degens quo tingitur purpura. Geni-

¹ Æ. v. 266; i. 221.

² Sat. xi. 1.

³ ii. 761.

⁴ Ep. i. xx. 13. MS. fugiens for fugies.

⁵ G. iii. 231. E. iv. 44.

tius in *itis*, ueniens a nominatiuo in *ix*, similiter breuiatur ut Cilicis, fornicis, onychis, sardonichis, varicis, sandicis, masticis, a quo mastico, masticas. Lucanus¹:

redde mari Cilicas,

et gentes sunt. Virgilius²:

menia conspicio atque ex aduerso fornice portas,

fornix est meretrix et arcus. Prudencius³:

sardonichen pingunt,

Macer⁴:

organum iunctum si quis masticat illum.

Et ideo obliqui de mastix breuiantur. Cetera in *ix* producunt obliquos ut Phenix, Fenicis; *ibix* *ibicis*; de Phenice pro gente, Lucanus⁵:

Phenices primi magni si creditur ausi.

Et pro aue producitur, Ouidius⁶:

Assirii Phenica uocant,

et alibi idem⁶:

paruum Phenica renasci.

I ante *d* breuiatur ut Numida⁷, quedam regio. Et obliqui in *idis* breuiantur, ut Adonidis, piramidis, aspidis, periscelidis, coloquintidis. Excipitur *crenis* *crenidis*, ut ait Priscianus. De aliis non est vis, patent enim. Patronomica in *ides* desinencia, a nominatiuo *eus*, diptongo producuntur; ut Pelides, Methides, nam penultime scribuntur per *ei* diptongon quod sonat *i* longum. Oracius⁸:

Inter Pelidem festinat et inter Atridem.

Virgilius⁹:

Titides multa.

Lucanus¹⁰:

horruit Alcides.

¹ Ph. ii. 636.

² Æ. vi. 631, ubi atque aduerso.

³ Psychomachia, 860.

⁴ de Herbis.

⁵ Ph. iii. 220, magni for famæ.

⁶ M. xv. 393; xv. 402.

⁷ So in MS.

⁸ Ep. I. ii. 12.

⁹ Æ. i. 471.

¹⁰ Ph. i. 577.

Alia in *ides* breuiantur, ut piramides, Inachides, Pierides, Nestorides. Stachius¹:

Inachide que cuique domus.

Virgilius²:

dicite, Pierides: non omnia possumus omnes.

Et propria in *ides* breuiantur ut Bathydes, Simonides, Euripedes.

I ante f longatur ut anaglypha, que sunt scripture prominentes et sculpture, et est adiectiuum anaglyphus, anaglypha, anaglyphum. Nam glypho est sculpo alias scribo, a quo glyphe scriptura, vel celatura, vel sculptura, et ana est supra, inde anaglypha sunt superius sculpta vel scripture eminentes de quo habetur tercio Regum, sexto. Et glyphe producitur secundum grecum communiter, et anaglypha habet penultimam longam. Cum ergo mendosus codex³ dicit anaglypha corripere penultimam, non dicit verum; et cum confirmet suam falsitatem per Doctrinale⁴, oblatrat leuiter, debilem auctorem adducens. Falso eciam, nam cum dicit Doctrinale

I super f raro ponis sed eam breuiabis,

loquitur de mediis non de primis. Sed gly sillaba est prima in simplici que, secundum Doctrinale, producitur. Sic enim dicit i super f longa nisi compositiva, †chyphusque, compositiua † ut trifidus et huiusmodi, et ideo glyphe secundum hunc versum habet primam longam. Et si est longa in simplici est longa in composito. Ergo male inducit Doctrinale pro se, cum contrarium sequitur ex dictis Doctrinalis, et in hoc magis errat quod falso falsum nititur confirmare.

I ante l breuiatur ut aquila, dalila, corylus, jubilus, Troilus, Zoilus, allophilus. Excipiuntur asyllum quod est refugium et asilus. Juuenalis⁵:

nomen, ab infami gentem deducis asylo.

¹ Th. ii. 245.

" E. viii. 63.

² *Vocabularium* of Brito, s. v.

³ *Doctrinale puerorum* of Alexander a Villa Dei, circa 1209.

⁵ Sat. viii. 273.

Virgilius¹:

Plurimus Alburinum volitans cui nomen asilo.

Herilis eciam longatur, Sedulius²:

en regis pia castra micant, tuba clamat herilis.

Propter uero prolixitatem vitandam volo de cetero sine probacionibus auctorum recitare vocabula, ne tedium ingeram legentibus, cum et ipsimet exempla possint in auctoribus reperire. Ante igitur m, i breuiatur ut agimus, Trophimus, gelima.

I ante n breuiabis ut cophinus, pumpinus, Estines, adamantinus, ametistinus, cristallinus, hyacinctinus, onychinus, smaragdinus, bombychinus, byssinus, coccinum et huiusmodi deriuata a lapidibus et lino. De hijs superius manifesta est probacio. Constantinus autem, ciminum et aliqui huiusmodi producuntur.

I ante na longatur ut culina, resina. Excipitur machina, Proserpina, producitur quidem Herinis, ^{furia} delspinus, et Salamis ^{piscis} Salaminis que est insula.

I ante p breuiatur, ut polipus quod est tumor nasi cum rubedine similis lepre: vnde poeta "polipus agne³," antipes antipedis, typus zelotypus.

I ante r producitur ut Ancira, saphira, satirus, Tytirus. Excipitur butyrum, nam Stachius⁴ dicit:

lac tenerum cum melle bibit butyrumque comedit,
et Macer⁵:

cum butyro modicoque oleo decocta tumorem.

Nam *bus* grece est bos apud nos, *tyros* vero est caseus, seu omne quod a lacte exprimitur, vnde butyrum media correpta debet dici, sed vsus vulgi producit violenter. Obliqui eciam breuiantur ut gadiris sed ^{nomen proprium} Deianyra, ^{nomen proprium} Jayrus, ^{nomen proprium} papirus, saphyrus, ^{nomen proprium} Epirus, Osiris.

¹ G. iii. 147. MS. Alburinum (Alburnum).

² Carm. Pasch. i. 338.

³ Hor. Sat. I. iii. 40.

⁴ "lac niveum butyrumque novum cum melle comedit," quicumque auctor est illius versus quem quidam perperam T. Valgio tribuunt. Forcellini, *sub verbo*.

⁵ de Herbis, c. de ruta.

⁶ So in MS. for iuncus.

I ante s breuiatur vt anisum, cythisus, ipocrisis, paralisus sed Anchises et paradisus longantur.

I ante t producitur in propriis nominibus et deriuatis a loco et gente, ut sulita, heremita, israelita, leuita ; talia finiuntur in *es* grece ut heremites, leuites. Similiter produciuntur deriuata que finiuntur in *tes* vel in *tis* ut tesbites, sunamitis. Similiter produciuntur desinencia in *tus* ut Cochitus, hermaphroditus, lechitus, infinnitus, aconiton, quod est herba venenosa, vel aconitum est quoddam genus serpentum de hoc Virgilius li. 2 Georgicorum, versus 152, glosa. Polimitum quidam longant, alij breuiant, vnde vestis polimita quod est vestimentum factum de multis et variis generibus florum et colorum ; nam *poly* est multum, et *mitos* est filum, et quia mitos pro filo breuiatur, ideo debet polymitum breuiari. Similiter presbiter breuiatur. Sed pituita licet aliqui breuiant, tamen Oracius in secundo sermonum longat dicens¹ :

lenta feret pituita vides ut pallidus omnis.

Ante v producitur ut oliua.

[CAPITULUM QUARTUM.]

O ante b breuiatur ut patrobas, Jacobus. Excipitur october.

O ante c breuiatur, ut apocopa, quod est caucio reddita ^{creditori} debitori, Antiochus, Archilochus, Patroclus, Empedocles, Capadoce, unde Lucanus² :

Capadoce mea signa timent.

Et Oracius³, in sexta epistola :

mancipiis locuples, eget egris Capadocum rex.

O ante d breuiatur ut omnia que componuntur a *pos* quod est *pes* et *odos* quod est *via* ut chytropodos, tripodas, methodus, periodus, exodus, synodus. Chytra grece est catulus⁴ latine, vnde chitropodes sunt in forma catulorum⁴ sustentacula ; tri-

¹ S. II. ii. 76.

² Ph. ii. 592.

³ Ep. I. vi. 39. MS. egris (aeris).

⁴ There is evidently some confusion between *catillus* and *catulus*.

podes, da, sunt uasa cocorum habencia tres pedes de quibus habetur leuitici $\bar{\iota}\alpha$. Sed nomina propria producuntur ut Herodes, Marbodus, Leobodus.

O ante f [breviatur] ut Colophon, Demophon.

O ante g breuiatur ut composita a logos, quod est sermo, ut egloga, apologus, cathalogus, dialogus, epilogus. Sed excipiuntur que deriuntur a verbo agago, quod est duco, ut anagoge, isagoge, paragoge, pedagogus, sinagoga.

O ante l breuiatur ut ^{quod est ciuitas} polis et eius composita, ut metropolis, herbipolis, Nicopolis, Constantinopolis, Heliopolis, Pentapolis, Decapolis, et huiusmodi. Et illa que ^{ualo} $\beta\alpha\lambda\omicron$ ¹, quod est *iacto* vel *iacio* vel *mitto*, componuntur vel deriuntur, ut parabola, hyperbole, perhibole, diabolus, symbolum, Aristobulus, quod est proprium nomen, obolus. Sed Pactolus producitur quod est fluuius in oriente harenas habens aureas.

O ante m corripitur in Salomon, Sodoma, et que componuntur a thome, quod est cesio, ut athomus, lathomus, quod est cesor lapidum, a laas quod est lapis. Sed producuntur amomum, cinnamomum, aroma, idioma, holocaustoma, perizoma, vnde Virgilius², in bucolicis :

mella fluant illi, ferat et rubus asper amomum,

quod est herba suauiissimi odoris ut ait Seruius. Excipitur autem a supradicta regula onoma, quod est nomen.

O ante n breuiatur, ut diaconus, mammona, grisogonus. Sardonix, quod est lapis preciosus, et onyx ex quo componitur, habet o breue, et nomina gentilium ut Amazones, Virgilius³ primo Eneidos :

ducit Amazonidum,

macedones, lachedemones. Excipitur Adonis que producitur vnde Virgilius⁴ in bucolicis :

et formosus ouis ad flumina paut Adonis.

Iste Adonis reperitur apud auctores gentiles et sanctos et in sacris literis octauo Ezechielis continetur, ubi dicitur quod mulieres planxerunt Adonidem. Secundum enim Jeronimum

¹ So in MS.

² E. iii. 89.

³ Æ. i. 490.

⁴ E. x. 18.

et alios iste fuit pulcherimus iuuenis et amasius Veneris quem interfectum ab apro in Julio planxit in omni anno eodem tempore, vnde Ouidius¹, *i* Methamorphoseos :

semper Adonius mihi repetita que mortis imago,

et statuit eius anniuersariam solempnitatem ut a mulieribus omnibus annis singulis plangeretur. Et est Adonis nominatiuus casus, non Adon, ut dicit Seruius. Nam Adon nuncquam lectum est apud grecos nec latinos ut ipse testatur, nec Adonides similiter sed Adonis tantum. Vnde Ouidius² libro memorato ait

celo profertur Adonis.

Obliqui aliquando producuntur, ut Babylonis, Calidonis, Orionis (signum in celo), Salomonis, Sidonis, Triphonis, Phitonis, Stachius³ :

terrigenam Phitona, deus,

et Simonis secundum grecum, et Oracius⁴ producit in poetria :

Pythias emuncto lucrata Simone talentum,

sed vsus breuiat. Alii obliqui breuiantur ut Calcedonis, canonis, demonis, Iasonis, Iconis, ab icon quod est imago, Memnonis, Sindonis, Philemonis, Philemon est proprium nomen vnde epistola Pauli ad Philemonem, quod scribitur per omicron et ideo breuiari debent obliqui, et pyragmon pyragmonis breuiat obliquos. Vnde Stachius⁵ :

Martis at hinc lasso mutata pyragmine tenens,

pyragmon est fulmen.

O ante p breuiatur; ut ^{color rubeus} sinopus; et composita a scopos quod est intencio, ut episcopus, horoscopus; et a cope quod est cesio, ut sincopa, pericope, apocopa; et a strophos, ut apostrophus; et ab ope, Calliope; et obliqui breuiantur ut ethiopsis, sincopis, et huiusmodi. Sed excipiuntur Esopus, piropus, Canopus, Europa, et hysopus, qui nuncquam breuiatur nisi per errorem aut poetica licencia. Scribitur enim per

¹ Met. x. 726, ubi "semper, Adoni, mei."

² Met. x. 532, ubi, præfertur.

³ Th. i. 563.

⁴ A. P. 238.

⁵ Th. ii. 599, ubi "Pyragmone temens."

omega et habet acutum accentum in penultima, et egregius autor Bernardus Silvester¹ in primo philosophie sue dicit

pectoris herba cauas rupes insedit isopus.

Et in anti-claudiano² dicitur :

se celum terre conformat cedrus isopo,

vnde versus ille falsus est. Hysopus est herba, hisopo spergitur vnda ; et non solum fallit propter hysopum pro herba, sed pro secundo quia a uersu illo psalmi: Asperges me domine isopo etc. sumitur hoc. Sed in uanum et falso quoniam ibi stat pro herba de qua loquimur, sicut Jeronimus exponit locum illum, nec moueatur aliquis propter hoc quia Macer breuiat. Item excipitur ciclopis vnde Stachius³ :

Centauros, vnaque ferunt ciclopes in ethna.

Et Oracius⁴ in sermonibus :

pastorem saltaret vti ciclopa rogabat.

O ante r breuiatur ut amphora, delbora, Bosphorus, carporus, eleborum. Excipiuntur Pelorus, Prochorus, et Polidorus, Theodorus, et Heliodorus, que grece per omega scribuntur, et poete latini producant. Vnde Virgilius $\bar{\gamma}$ eneidis⁵ :

nam Polidorus ego.

Oracius⁶ primo sermonum :

hospicio modico ; rethor comes Heliodorus.

Et Juuenalis⁷ :

ludorum pueros artem scindens Theodori.

Consimili ratione deberent cetera propria produci Cassiodorus, Isidorus, et huiusmodi. Sed vsus preualet violentus ; golidorus⁸ producitur et sicomorus producitur ex vsu, sed breuis est, vnde obliqui grecorum propriorum breuiantur ut Castoris, Hectoris, Eucaporis, Philemecoris.

O ante s aliquando corripitur ut antiptosis ; non enim

¹ Episcopus Carnotensis, ob. 1180, Fabricius i. p. 204 : " Perfectissimus inter Platonicos nostri sæculi." Cf. John of Salisbury, Metalog. iv. 35.

² Poem by Alain de Lille (1114—1203).

³ Th. i. 458.

⁴ S. I. v. 63.

⁵ Æ. iii. 45.

⁶ S. I. v. 2.

⁷ Sat. vii. 177. MS. ludorum for lautorum.

⁸ phagolidorus? See p. 139.

est ibi antitesis per e ut multi male proferunt sed antiptosis ut penultima scribatur per pto, quia hec figura est vbi ponitur casus pro casu: si tesis posicio est, ptosis est casus. Sed Colosis longatur a quo dicitur epistola Pauli ad Colosenses. Nam post vocalem penultimam scribitur in greco duplex sima vnde posicione longatur.

O ante t producitur ut ^{ciuitas in Ciria} Azotus, idiota, melota, que est vestis habens pellem caprinam. Similiter Scariotes, Zelotes, bootes, quod est stella, et poetice fingitur esse ductor maioris vrse seu auriga. Vnde Lucanus¹:

et iam pleyas hebet flexi iam plaustra boote.

Similiter genitiui ^{auri} cryserotis, rinocerotis. Que uero componuntur a ptoton, usus latinorum corripit, sed grecus longat, ut aptoton, monaptoton et huiusmodi. Antidotum tamen breuiatur.

[CAPITULUM QUINTUM.]

V ante b breuiatur ut Corduba.

Ante c longatur ut ^{histrio} sambucus, sambuca genus simphonie, et Teucer.

Ante l corripitur, ut Hercules, Zabulas, Zabulon. Excipitur Getulus a Geta qui et Gothus dicitur Getes et Gete, et Geti sunt gentes in aquilone posite quarum magna pars in naues ascendentes loca Syrcium in Libya, que nunc Affrica dicitur, occupauerunt. Sic uult Papias et dicti sunt Getuli vnde Getula terra eorum, et penultimam producit vnde illud² getuli figure leonis².

Et similiter Bethulus producitur, vnde Bethulia ciuitas in Judea.

Ante n producitur, ut Neptunus.

V ante p corripitur, ut vpupa, que secundum Papiam sic grece dicitur, quod sit auis spurcissima, stercore humano et

¹ Ph. ii. 722.

² Virg. Æ. v. 351, tergum Getuli immane leonis.

fetenti pascitur fimo, cristata est pennis in capite. Sirupus longatur.

[V ante r longatur] ut Arthurus, Epicurus. Sabura breuiatur in Lucano¹ qui dicit :

ut sibi commissi simulator Sabura belli,
verumtamen apud eundem² dicitur :

fluctu iactante saburam.

Sed vt media correpta est, tunc est proprium nomen principis milicie, ut uero media producta est, tunc est pondus nauis, ex lapide et harena. Et similiter aues transmeantes regna uolatu magno et grues saburantur sicut dicit Solinus³, in libro de mirabilibus mundi, et alii similiter, nam ut solidius et firmiter resistent impetuositati ventorum et aeris et, ut forcius diuidant aera in uolatu, harenas et lapillos recipiunt in gutture.

V ante s producitur, ut Aretusa, Medusa.

[CAPITULUM SEXTUM.]

Hic in fine aliquas regulas de vltimis sillabis grecarum dictionum secundum Bedam in libro de metris inferam. Dicit igitur quod in grecis uocabulis, nominatiuus singularis has habet breues : *a*, ut ecclesia, baptisma ; *os*, cum in genetiuo diptongon habuerit, ut Delos Deloy ; *as*, cum genetiuus dos habuerit, ut Arcas Arcados, Pallas Pallados ; longas uero has : *e* ut scole, synagoge, que latina consuetudo in a terminat ; *o*, ut Dido ; *an*, vt Titan ; *en*, vt lien, siren ; *in*, vt delfin ; *on*, ut Memnon ; *er*, vt aer, ether ; *as*, ut Eneas ; *es*, ut Anchises.

Genitiuus breuiatur cum *tos* vel *dos* habuerit in fine, ut Archados, poematos.

Datiuus cum in *i* terminatur breuiatur, vt Palladi.

Accusatiuus cum *a* terminatur vel *on* breuiatur, ut Thesea, Delon, alias longus est, ut Aeneas an.

Vocatiuus cum *a* terminatur in masculinis tantum longus

¹ Ph. iv. 722.

² Verg. G. iv. 195.

³ Solinus † circa 350? *Collectanea rerum memorabilium* : copied from Pliny.

est ut Enea ; nam in femininis corripitur, vt cathedra. Vocatiuus in *e* terminatus producitur ; ut scole, sinagoge, pentecoste, parasceue. Exceptis hiis quorum nominatiuus *os* terminatur vt Petros, Petre. Vocatiuus *i* terminatus corripitur, ut Alexi. Vocatiuus *o* finitus producitur, ut Dido.

Nominatiuus et vocatiuus dualis vel pluralis cum in *a* vel in *es* terminantur, breues sunt, ut rethores, carismata, alias longe sunt ut ecclesie. Genitiuus longus est si tamen grece fuerit declinacionis ut laon, cedron, id est populorum, cedrorum. Datiuus in *n* terminatus corripitur, ut Archasin, alias longus est, ut lais, id est populis. Accusatiuus si *as* fuerit terminatus, et a genitiuo singulari venerit *os* terminato, corripitur, ut Archados, Archadas ; alias produccione gaudet, ut ecclesias. Alia que notanda sunt in vltimis vel in primis vel in mediis patebunt per diuersa loca istius tractatus secundum quod pluries occurrerent¹.

DISTINCCIO SEPTIMA.

De aliis prosodiis, que sunt spiritus, et toni, et passiones ; habens [$\bar{\beta}$] capitula.

PRIMUM CAPITULUM

Determinat de spiritibus in vniuersali.

Dicto de temporibus volo statim prosequi de spiritibus ; nam tempus extendit sillabam in continuum et directum secundum breuiorem et longiorem prolacionem, et assimilatur lineari dimmencioni, que longitudinem habet et non latitudinem. Aspiracio uero distendit et dilatat sonum littere et ideo latitudinem soni facit, et propter hoc secunde dimmencioni que superficie datur satis probabiliter comparatur. Sed tonus eleuat aut deprimit aut mixtim sonum littere deducit et ideo profunditati seu altitudini corporali assimilatur et

¹ So in MS.

tercie dimencioni que est secundum altum et profundum ; propter quod primo¹ dicendum est de spiritu quam de tono.

Deinde sciendum est quod omnis vocalis greca potest aspirari apud grecos ; et ypsilo propter tenuitatem sui soni semper aspiratur quando ponitur in principio dictionis. Et omnis dicio incipiens a vocali habet notam alicuius aspirationis. Et vocalis semper aspiratur a parte ante, ut dicit Priscianus, quia omnis vox plus sonat quando postponitur quam quando anteponitur, sicut ipse dicit. Propter quod aspiratio non debet poni post, ne nimis intendat sonum vocalis que multum habet de sono et ideo ei preponitur. Sed consonanti postponitur ut multum intendatur sonus, eo quod consonans parum habet de sono respectu vocalis. Et ideo aspiratio plus adheret consonantibus quam vocalibus. Nam apud consonantes transit in substantiam soni earum vt dicit Priscianus, maxime in mutis, quia imperfectum habent sonum et ideo sonus earum naturaliter desiderat fortificari magis quam soni aliarum litterarum ; quia res incomplecior magis indiget perfectione. Sed mute inter omnes litteras habent sonum magis imperfectum.

Et solum δ consonantes aspirantur apud grecos forti aspiratione que est ^tdasia, scilicet ^κkappa ^πpi ^ρro ^τtaf. Et quia multum adheret aspiratio mutis, ideo greci in huius signum inuenerunt vnam figuram pro muta aspirata ut theta θ et phi

ϕ et chi χ . Quoniam autem ^ρro littere aspiratio non tantum adheret sicut mutis, ideo greci non dederunt ro aspirato vnam figuram in qua includeretur aspiratio similiter cum littera. Aspiratur autem ro ρ quando in principio dictionis ponitur, ^{verbum} ut rhima, et quando geminatur in medio dictionis ut Pirrhus, sed non aliter ut spera, hora. Et nulla est dicio latina in qua consonans aspiratur ; sed greca et latina que est in vsu greci ut rhoma ; sed in vsu latini non aspiratur prima sillaba.

Et cum dictum est, quod vocalis non aspiratur a parte post, non est instantia in huiusmodi interieccionibus indignandi vah, ah, sicut dicit Priscianus. Nam apocopa facta

¹ So in MS. prius?

est extreme vocalis cui additur aspiracio, vnde perfecta vox est vaha aha, sed imperfecte proferuntur quia naturale est interieccionibus proferri voce abscondita et imperfecta quoniam non proferimus interiecciones nisi propter vehemenciam gaudii aut timoris aut indignacionis aut admiracionis et huiusmodi passionum et affectuum animi, sed quando sic patimur et afficimur vix loquimur propter magnitudinem gaudii et aliarum passionum et ideo imperfectas voces facimus. Sed huiusmodi debent esse interiecciones quia interiecciones significant affectus et passiones animi, et ideo interiecciones habent voces imperfectas et absconditas siue conceptus per modum affectus vehementis. Et eciam voces syrorum et egyptorum et hebreorum et omnium gentium aliarum a grecis et latinis sunt conformes interieccionibus secundum Priscianum et secundum veritatem quia in fine aspirantur vocales.

Nulla¹ uero dicio latina, ut dixi, habet aspiratam consonantem, quia non est instancia in huiusmodi nichil, mihi; non enim debent scribi per *c*, sed sine *c*, sicut nihil, mihi, ut in omnibus libris antiquis scribuntur sine littera *c*, sic: nihil, mihi. Et quia ibi sunt duo *i* breuia, coincidunt propter hyatum in vnam vocalem longam et ideo melius est ut dicatur nil, mi, quare scribi debent sine aspiracione quoniam vocalis non aspiratur nisi in principio dictionis vel sillabe, et raro non nisi in principio dictionis, licet aliquando ut *vehemens*, hic vocalis secunde sillabe aspiratur. Quapropter non est instancia quia abusus modernus posuit *c* in huiusmodi vocabulis, et cum verum sit consonantem in latinis dictionibus non aspirari, et Priscianus consentit. Et vel debet dici mihi in datiuo casu, vel mi vt dictum est, quod si vnum dicatur et aliud, potest dici propter collisionem vocalium. Sed Priscianus vult quod mi sit solum vocatiui casus et hoc in masculino genere, vnde dicit in libro de pronomine hec verba de mi. Adeo autem masculinus est hic vocatiuus possessiui et non genitiuus vel datiuus primitiui per syncopam, quod quibusdam videtur, quod nunquam vocatiue positum feminino vel neutro adiungitur. Sensus igitur Prisciani in hoc uerbo principalis

¹ Cf. Opus Tertium, cap. lxi. p. 245 et seq., ed. Brewer.

esse videtur, quod licet aliquibus videatur quod mi quando est dativus vel genitivus possit addi feminino vel neutro, ut si diceretur filia mi, tamen in vocativo non posset hoc dici, scilicet ita quod mi sit vocativus. Quod si aliquis contendat quod Priscianus preter hoc quod negat vocativum mi adiungi feminino vel neutro, velit quod non habeat pro dativo casu nec genitivo, adhuc non obstat quoniam hoc non diceret nisi secundum opinionem suam quia confitetur ibi alios dixisse contrarium. Quod si maior autoritas et forcior ad propositum inducatur quod Servius dicit sexto Eneidis, nunquam pronomen mihi in sincerisim venire ut dicatur mi, ne incipiat blandientis esse adverbium, igitur hic ubi dicit Virgilius¹

O virgo noua mi,

potest esse adverbium blandiendi, dicimus, quod secundum opinionem suam loquitur, cum et ibi velit alios aliter sensisse. Nec sua sententia nos cogit ad hoc ut *c* littera ponitur in hac dictione michi, quoniam saltem dicitur mihi sicut in antiquis libris scribitur sine *c* et aspirabitur vocalis vltima, vel mii cum duplici vocali sine consonante cuius hyatus sustinebitur ad differentiam adverbii blandiendi, si velimus opinioni Servii in omnibus adherere. Vnde opiniones sunt de hoc inter auctores grammatices, sicut de multis aliis in quibus moderniores non tenent opiniones priorum, propter consuetudinem innouatam causa differentie vel aliqua occasione. Sed tamen ipsa stabit inconcussa sententia quod *c* littera non aspirabitur sicut nec aliqua consonans in vocabulis latinis. Quod si infestauerit nos rabies imprudencium, citius dicemus quod *c* littera sillabicetur cum prima vocali et aspiratio cadet super secundam quam quod confiteamur consonantem in latinis dictionibus aspirari. Multe enim nationes sonant sic hec vocabula duo ut in ipsa prolacione appareant quod velint *c* litteram cum prima vocali sillabari et secundam vocalem in principio aspirari, et diuidunt vocabulum sensibiliter in duas sillabas sic distinctas.

¹ Æ. vi. 104.

CAPITULUM SECUNDUM.

In quo descendit in speciali ad nomina greca que cadunt in vsu latinorum que debent aspirari.

Quoniam vero multa greca vocabula aspiranda per dasian sunt in vsu latinorum, et latini ignorantes grecum male pronunciant, et erronee scribunt huiusmodi vocabula atque in hiis sepius errant quoad significatum; ideo subiungam multa vocabula greca vt sciatur que aspirari debent per dasian ῥ. Et per hec sciatur, quod multa sunt vocabula in vsu latinorum, que non sunt latina, sed greca; sicut superius habitum est de vocabulis scriptis per ypsilo.

Aspirantur autem per dasian huiusmodi agathos, bonus et optimus; agathis, gemma; Hammon est Jupiter; athanatos, immortalis; Athlas, astronomus gentilis primus; Athlas, mons altissimus in occidente; athlantides, filie Athlantis; athleta, certans uel luctator; Athene, ciuitas philosophorum Grecie, a quo athici et athenienses; acephalus, sine capite; amethystus, lapis preciosus a quo amethystinus, na, num, penultima correpta vt probatum est superius; ampho, quod est ambo; ampho, circum, a quo amphibracus, pes qui primo et tercio habet sillabam breuem sed in medio longam ut *amenuis*; et amphimacrus qui in medio habet breuem et in extremis longas ut *ciuitas*; amphiteatrum, quod est locus rotundus ad spectaculum factus; Amphitrites, mare vel Neptunus deus maris; amphiballus, vestis villosa; amphora nota est licet eius interpretacio a multis ignoretur de quo inferius dicitur; ampho in alio sensu est *dubium*, vnde amphibolia, dubia sententia; anathema, execracio ...¹ anasti conuersum est; anchora, sed grecus dicit anchyra; anethum, herba ortholana; archi, principium, archon princeps et diriuata ac composita ab hiis, ut archeos quod est antiquus, et archeotis antiquitas, et archeon siue archivum quod est armarium in quo antiqua seruantur; archangelus, archetypus, pa, pum, ut mundus intelligibilis in mente diuina, vel aliud in mente artificis excogitatum; archiepiscopus; archidiaconus; archisilogus; Architriclinius, nomen

¹ Word illegible. Perhaps the original read: *anasti, consurge; anastrophe, conuersum est.*

proprium in euangelio; archimargirus, princeps cocorum; architectus, princeps fabrorum, de quo inferius; arithmos, numerus a quo Arithmetica; asphaltos est bitumen tenax; asphalti lacus, bituminis talis; Asphaltides similiter nomen lacus talis; de hiis multa dicuntur ab auctoribus variis ut suis locis in hoc tractatu et in naturalibus elucescet; alpha et alphabetum similiter aspirantur; item Achates, nomen socii Enee, et gemma; achantos et achantus, que sunt arbores semper virescentes in Egipto; achademia, villa Platonis in qua studuit cum discipulis suis, a quo dicuntur achademici philosophi; Achaia est prouincia Grecie in qua est Corinthus; Achei greci; Acheron, fluuius infernalis; Achiui, greci.

Per *bita* sunt primitiva in vsu latinorum, bathus quod est mensura trium modiorum in liquidis; bibliotheca; Bythinia, prouincia Grecie in qua sunt Thebe; bithalassus, mare duplex; birrhus est genus vestimenti villosum et vile, sicut pauperes peregrini portant de vltra mare; blasphemia et blasphemus; brachis, brachy quod est breuis breue, et sua componencia, ac deriuatiua, ut amphibracus et brachium, catalectus versus in iambicis et similibus, cuius deest vna vel due sillabe; branchia est †faus [faux?] piscis; branchile, succintorium renum; bruchus, eminentior pars gutturis que gurgulio dicitur et bruchus proles locuste qui crescit postea in locustam.

Per *gamma* sunt pauca: gazophilacium, locus thesauri; grapho, scribo; graphi, scriptura; graphium, stilus et composita ac diriuata ab eis ut agiographa que sunt sacra scripta, et cirographum et huiusmodi; griphes, griphis, quod est animal rapax, quadrupes, habens alas similes aquile; gimnosophiste sunt quidam philosophantes in desertis Indie existentes nudi; gliphe est sculptura a quo anaglipha ut superius¹ probatum est.

Per *delta* sunt huiusmodi: daphne est laurus et est quidam fons, secundo Machabeorum; decarchus est decem virorum princeps qui decem preest; Demosthenes, proprium nomen; diaphonia, que est dissonancia; diasynthetica, liber de constructione; discophorus, quod est discus vel scutella; dieltho; diheresis, quod est discissio; diaphoro, quod est differo;

¹ p. 61.

diaphoresis, differencia ; distichium, quod est geminus versus ; dithalassus, mare duplex.

Per *e* ut hebdomos, septimus, hebdomas, septena, hebdomada, septimana ; hebenus¹ de quo prius ; ether, quod est ignis vel orbis celestis ; ethnos, gens, a quo ethnicus, gentilis ; ethos, consuetudo, a quo ethica Aristotelis, moralis philosophia et ethicus, ca, cum ; hecthea, solarium protensum extra murum ; elephas, a quo elephanta latino more ; hemis, dimidium, et nos dicimus semis ; enophoros, quod est lator vini ; eophos quod est aurora ; encheuridion, quod est liber manualis ; enthimema ; ephanalepsis, figura barbarismi, similiter ephanaphora, que est repetitio ; epentesis similiter est figura quod est interpositura ; epithesis similiter quod est suppositura ; epithymia, epithymion de quibus superius ; epitaphium, quod est super monumentum, scribitur per vnam aspiracionem scilicet per phi aspiratum ; epiphania, manifestacio uel apparicio ; epicharis, supergraciosus ; heresis ; Hermes, proprium nomen scilicet Mercurius et interpres ; hermenia, interpretacio ; Hermogenes, nomen proprium ; herodion, genus accipitris ; hespera, quod est vespera ; hesperis, quod est vesperus et lucifer est ; hex quod est sex ; hexapla, que sunt sex simplicia adinuicem composita ; eunuchus, qui non habet testes, ut spado ; Euthicus, iuuenis quidam et fortunatus dicitur ; Euphrates, vnus de quatuor fluuiis paradisi ; eucharis, bene graciosus ; Eucharistia, sacramentum altaris.

Per *thita* scribuntur huiusmodi : thalamus ; thalassa, mare ; thanathos est mors et insula quedam² ; theatrum est spectaculum ubi homines conueniunt, a theaiste, quod est prospicere dictum ; et theos, quod est deus, dicitur ab eodem ; theo est foueo³, curro ; Theophilus proprium nomen, dei pietas theosebia, cultus dei ; theoro, video, a quo theorisma, speculacio uel theorema, et theorica, speculatiua et theoreticus, speculatiuus ; thema, thesis sunt idem scilicet positura et thema alias est materia sermonis, et norma et figura ; theros est estus, inde theristrum, quod est pallium mulieris ; thermos est

¹ p. 116.² sc. Isle of Thanet.³ So in MS.

calidus; thermi calor; therme sunt stuphe vel balnea calida; tho est facio vel constituo; anterior pars corporis est thorax inter collum et stomachum; threno, lamentor; threnos, lamentacio vnde threnus; thrix, crinis; thritha est globus capillorum; thronos est solium vel sedes, a quo thronus, more latino; thio est sacrifico; thyina sunt quedam ligna, et sunt hic tria consideranda, scilicet quod sit thita prima littera, secunda ypsilo, tertia iota quod non obseruatur; thyinania expositum est¹; et thymi materia; thymos, thymicon sunt irascencia; thyrsus dictum est quod tria significat¹.

Per *iota* sunt huiusmodi: Hiberus est fluuius in Hispania, a quo Hispani dicuntur Hiberi grece; idolothithum, quod est sacrificatum idolo et demoni, penultima corripitur in greco; ierarcha, sacer princeps; ierarchia, sacer principatus; ierarchica, facta secundum ierarchiam seu habencia ierarchie qualitatem; ischiros est fortis; hilaros letus a quo hilarius; hippos, equus; hipodromium, cursus equorum; hippomanes est quidam prominens in fronte pulli equini quando nascitur fuluum habens colorem et similem carici, de quo varia dicuntur ut alias exponetur; hippopotamus est equus fluuiialis; hisocheles est triangularis figura habens duo equalia latera; Hismenus est fluuius, penultima producta, hismenius inde vocatur; historin est videre a quo historia.

Per *cappa* sunt huiusmodi: catharizo, purgo; cathartica, purgatiua; catacrexis, confusio; cathero ^a similiter est purgo; catechizo est instruo et catheco similiter, a quo catechuminus, instructus; catholicus, universalis; Calisthenes, nomen proprium; cephali est caput, a quo acephalus; clauthmos, ploratus, ut habetur in sacris litteris sicut inferius exponetur; Cochitus, fluuius; cophos est surdus et mutus; cophinus est corbis; colaphus, percussio colli; colocynthis, cucurbita siluestris; cosmographia, descriptio mundi; cosmographus, mundi descriptor.

Per *labda* inueniuntur pauca: lithos est lapis, in lithostrotos est pictura artificiosa quam variat crustula tincta; lychnos et lychnia sunt superius² posita et lympha.

¹ p. 62.² p. 63.

Per *my*, μ , sunt huiusmodi: machera, quod est gladius uel culter; macho, pugno; machi, pugna uel rixa et machia idem est, a quo multa componuntur et deriuantur de quibus suis locis dicendum est; mathesis, penultima producta est disciplina mathematica, et est sciencia de quantitate, vnde mathematicus, professor illius sciencie; methamorpho, transformo; methamorphosis, quod est transformacio; methaphora, quod est translacio; et methaphoricus, sermo translatiuus; methodus, via, sed meta non aspiratur per se [sed] quando coniungitur cum dictione incipiente a vocali aspirata ut hodos, tunc fit apostrophos; methochi, participium; michana est machina, nam grecus dicit michana, latinus machina, machina est fabrica et instrumentum expugnandi; melanodochium, atramentarium vas in quo ponitur incaustum; mechor, adultero a quo mechus, adulter; mecha, adultera; mechia, adulterium; monomachia, pugna singularis; monarcha, qui est princeps ^{solitarius} solus; monachus; morpho, figuro a quo morphe, morphosis, effigies; mithos, fabula.

Per *ny* sunt pauca: nauimachia, pugna naualis; neophytus, noua plantacio ut qui nouiter positus est in aliquo statu vel officio, tanquam nouicius, ut in religione et alibi; nothus, adulter, aspiratur; sed non aspiratur notus pro austro; nothum dicitur uocabulum quod oritur ab vna lingua et transformatur in modum alterius lingue ut idiota oritur ab hoc uocabulo idiotas sed recipit latinam terminacionem; nympa, aqua et sponsa, nympus, sponsus.

Per *omicron* sunt huiusmodi: ho est nominatiuus articuli prepositiui; hodos, via, a qua methodus; holon, totum, a quo holocaustum, totum incensum; onycha est accusatiuus huius nominis onyx et omnes obliqui aspirantur, a quo onychinus, na, num, quod est de onyche; hora; orthon, rectum; orthodoxus, qui de recta fide gloriatur; et orthographia, recta scriptura; orthyon, diluculum; horologium; horoscopus, inspiciens horas; horoscopium est artificium illud; hos, nominatiuus articuli subiunctiui; orphanon in greco pupillus accipitur, unde idem significant; ophis, serpens; ophiomachus, pugnans contra serpentes, et est quinque sillabarum.

Per *pi* sunt huiusmodi: palatha est vna passa; pathos, passio; Panphilus, proprium nomen; panther, alias totum maculosum; †pagchengni [pantechni?], tota ars; pantheon, templum omnium deorum; paraphrastes, malus interpres; paranympus, pronuba, et paranympa; parenthesis, figura barbarismi; parhodos, transitus; pastophoria; gazophilacia; patriarcha; periarchon, liber Origenis quidam; perihermenia, interpretacio; Pirrus, nomen proprium; Porphirion, de quo superius; prothesis, preposicio; propheta, propheta, propheto.

Per *ro* scribuntur huiusmodi: ut raphanus, radix quedam; rethor, orator siue locutor, rethorica, eius sciencia; rhima, verbum; Rhodos, insula et rosa; rumphea, gladius; rithmus, de quo superius.

Per *sima*: Samothracia regio est borealis; sarcophagus, sepulcrum; Sapho, puella quedam inuentrix metri cuiusdam, vnde dicitur sapphicum metrum ab ea inuentum; sthenes, virtus; † seimmicinchia [semicinchia?], vestes pendentes nocturne, vel zone; scapha, genus nauis; scenophegia; sciniphs, sciniphis, musca parvulina; Scithia, regio in oriente boreali, ubi est imperium tartarorum; scytha est de illa terra et scythicus, scythica, scythicum; Scythopolis est urbs scytharum; sophos sapiens, sophia sapiencia; Sosthenes, proprium nomen, a stenos; stomachus; strepho, verto, a quo stropha, quod est versucia; stropheium est zona; struchos, struchio; sycophancia; simphonia, penultima longa et iterum penultima brevis; symphomacus, synalipha, synchronon que superius sunt exposita et suo loco amplius exponentur.

Per *taf* quod est simplex t sunt huiusmodi: terebinthus, arbor a qua resyna melior distillat; tetrarcha, princeps in quarta regni parte; toparcha, princeps loci in Grecia quod vocatur topos, vnde toparchia loci principatus; tragelaphus, ircoceruus est; triumphus est palma que datur ei qui hostes capit et est aurea corona; tropheum est palma que datur ei qui tantum fugat hostes et non capit, et est laurea corona; Tychicus, media correpta, proprium nomen; Typho, typhonicus.

Per *ypsilo* sunt omnia vocabula aspirata que in ea littera

incipiunt, ut pluries dictum est, de quibus satis tractatum est vbi de vocabulis per ypsilo incipientibus agebatur¹.

Per *phi* scribuntur huiusmodi: phago, manduco, vnde phagolidorus, malediccione pastus; a phago, sarcophagus; phalanx est lingua macedonum grecorum legio, continet $\phi\chi\zeta\varsigma$, sed largius accipitur pro acie militum quacunq; phano, apparo a quo phanum templum $\dagger\bar{m}$ profanum, et phantasma, et phantasia, et epiphania, et Epiphanes; pharmacum est vnguentum et medicamentum, venenum; pharetra; Phebus, sol et Apollo; phenix, phenicis est auis, et frater Cathmi, et regio vltra mare que est Syria Phenicis, et palma dicitur grece fenix; Philetus, media producta, nomen proprium, et Philemon Philemonis breuiat obliquos; philos amor, philologus, philosophus; Philostratus, nomen proprium; phornix, prostibulum et arcus testudinis; phraso est dico, et phrastes est locutor; phrenesis; phronesis; ^{gens quedam} Phrix; phylasso, seruo, vnde phylacteria de quo superius¹; Phygelus, proprium nomen; phylata, de quo superius¹; phytevo, planto, phytos, plantacio, a quo neophitus; phyton, phyceus, phicea, et iterum phyton et phytonissa de quibus omnibus superius est pretactum¹; phoros, ferens, inde phosphorus, ferens lucem.

Per *chi* vero sunt huiusmodi: chorizo est separo vel recedo, inde anachorita, recedens a communitate; chalcos est es latine, inde secundum veritatem orichalcum, et falso aurichalcum, sicut superius annotatur²; chameleon, quod est paruum animal pauidum mutans colorem ad similitudinem rerum circumiacensium; charadriion, auis est per totum corpus candida; charizo grece est dono latine, inde charisma quod est donum et charis quod est gracia, quod est donum Dei et transfertur ad homines, et omnia composita et deriuata horum aspirantur, ut acharis, eucharis, epicharis, et charistia, kecharitomeni de quibus dictum est; item chartes grece dicitur pellis latine, a quo charta; chillas vocant greci milia vel mille, a quo \dagger chiliarchos [chiliasmos] quod est spacium mille annorum sicut habetur in glosa Numeri, et chiliarchus princeps mille hominum vnde chiliarchi dicuntur millenarii latine, et chiliarchus

¹ p. 67.² p. 92.

latine dicitur tribunus qui preest tribui; chimarrus est fetus capre; Chios est insula maris inter Cyclades vbi bonum vinum oritur; et chius, chia, chium dicitur a Chio substantiuo; chiros est porcus; chirogrillion est cuniculus, et habet $\bar{\epsilon}$ sillabas de quo sermo factus est superius plenior quia multiplex falsitas vulgatur hic in scriptura et in sensu; chir, chiros est manus, hinc est chirographum, manualis scripcio; et enchiridion, liber manualis; chole grece est fel latine, inde cholera; choros habet δ uel $\bar{\epsilon}$ sensus nam est mensura quedam, et locus in ecclesia vbi canitur, et ventus quidam, et chorea, et instrumentum musicum, sed quoniam multe falsitates hic uulgantur tam in scriptura quam in sensu quorum certificacio magis propria est, posterius ibi dicitur de hiis quantum sufficiet.

Per *psi* sunt huiusmodi: ut pseudographus, vnum vocabulum, pseudopropheta vnum vocabulum est, et pseudochristus; similiter psyche, psychea, psychicon, psychomachia.

DISTINCCIO OCTAUA.

De tonis siue accentibus.

Distinccio de tonis habens $\bar{\epsilon}$ capitula.

CAPITULUM PRIMUM.

Primum est de distinccione eorum.

Nunc igitur dicendum est de tonis qui vocantur apud grecos *oxia*, *baria*, *perispomeni* etc.; hoc est acuta, grauis, et circumflexa. Et dicuntur toni in greco scilicet *oxis*, *baris*, *perispomenos*, et hee sole prosodie vocantur apud nos accentus, quia euidencior est accantus et sonoritas manifestior in hiis quam in aliis. Et ideo bene comparantur tercię dimencioni que complet naturam dimensionis, sicut huiusmodi prosodia complet tensionem soni. Et dicuntur tenores qui tendunt sonum uel sursum uel deorsum uel medio modo. Vnde *oxis*, seu acutus accentus, incipit ab imo et tendit in altum, ad modum lanciarum acutarum erectarum, ut exemplificant greci, et est eius figura super sillabam ponenda talis.

Baris siue grauis incipit ab alto et descendit ad modum rei grauis et ponderosi. Descendit enim secundum lineam rectam a sursum in deorsum sic \ que ponitur super sillabam aliquando.

Perispomeni prosodia componitur ex acuto ac graui et incipit ab inferiori, et tendens superius iterum inclinatur deorsum, cuius figura est quasi composita ex figura acute prosodie et grauis, uel quasi superior pars circuli \smile .

Et iste $\bar{\gamma}$ prosodie uocantur proprie a grecis, et formantur earum figure a tribus litteris scilicet labda, thita et ita. Nam figura λ que in hoc est ipsius labda habet in se notam acute prosodie et grauis. Sinistra enim eius pars est in partem superiorem pro nota prosodie circumflexe, et in partem inferiorem pro nota breuitatis, et in lineam transuersalem pro nota longitudinis. Et hec figura μ , que ita dicitur, potest resolui in partem sinistram que est figura dasie, et in partem dextram que est figura ipsius psili, ut dictum fuit prius. Ac apud grecos non ponitur nota grauis accentus nisi in casu, scilicet quando sillaba naturaliter acuta debet \dagger imitari [mutari?] in grauem, propter consequenciam dictionis cuius prima sillaba acuitur ut theós légon. Os enim vltima sillaba huius dictionis theós naturaliter est acuta, et uertitur in grauem propter primam sillabam sequentis que est acuta. Regulare enim est quod vna sillaba acuatur et alia grauetur et quod post grauem sequatur acuta, quia "nihil est iocundum nisi quod reficit varietas" vt ait Seneca¹. Et quia sillaba vltima dictionis precedentis pendet ad sequentem propter sentenciam et consequenciam dictionis sequentis et non sistitur ibi, ideo grauatur hec sillaba os, et propter hoc oportet quod signum apponatur, quia aliter non innotesceret hoc. Sed quando sillaba naturaliter est grauis, non ponitur signum, eo quod priuacio signi est ei pro signo. Nam greci volunt quod grauis accentus dicatur per priuacionem, quia enim sillaba non habet acutum nec circumflexum, ideo dicitur grauis. Et tamen si secundum posicionem habeat naturam accentus, non oportet nisi in casu quod ponatur eius nota, propter hoc quod acuta

¹ Publilius Syrus, 170, ed. Bickford-Smith. His "Sententiæ" were commonly attributed to Seneca until the time of Erasmus.

syllaba et circumflexa signantur semper, et ideo non oportet quod grauis signetur, quia manifesta est ex priuacione signi per oppositum ad acutam sillabam et circumflexam. Postquam enim semper signantur acuta et circumflexa, manifestum est quod omnis alia sillaba in qua non reperiatur earum signum quod sit grauis, et ideo non oportet quod signetur. Sicut rusticus habens $\bar{\gamma}$ oues, si signauerit duas, tercia satis cognoscitur ex priuacione signi, et ita bene et melius quam si haberet proprium signum. Ex quo patet quod vbicunque ponitur nota grauis ibi est finis dictionis, cum non ponatur nisi propter consequenciam dictionis sequentis.

CAPITULUM SECUNDUM.

De generalibus regulis accentuandi.

Generales regule accentuandi sunt hic necessarie, que eciam sunt communes grecis et latinis. Sed ab eis habent latini sicut et omnia que ad substanciam grammatice pertinere noscuntur. Sciendum igitur quod omnis dicio, quantum ad accentum, denominatur a fine. Nam si vltima sillaba sit acuta, tota dicitur acuta. Si vltima sit circumflexa, tota dicitur circumflexa. Si vltima sit grauis, tota dicitur grauis, quia a fine denominatur vnumquodque. Generales autem regule non dicuntur quia teneant in omni casu, sed ut in pluribus, quoniam recipiunt instanciam in certis casibus non solum apud grecos sed apud latinos.

Primo igitur ponentur regule, et sunt tres, iuxta tria genera dictionum que sunt monosyllaba, dissyllaba, trisyllaba, et deinceps. De monosyllabis est huiusmodi lex:—si monosyllaba sit naturaliter longa debet circumflecti, si vero naturaliter sit breuis acuitur, etiam si posicione sit longa. Sed quia nos moderni latini non vtimur circumflexo accentu, ideo omnia monosyllaba acuimus secundum generalem regulam accentuandi, licet ex accidenti uarietur vt scilicet causam dicere uel huiusmodi. Antiqui tamen latini solebant circumflectere naturaliter longas ut *dôs*, *rês*, *spês*, et acuere breues, ut *vír*. Et

similiter si naturaliter breues longe fiant posicionem ut *pix*, *nox*, *pax*, aduerbium grecum quod valet tantummodo¹.

Diccio dissillaba si habeat primam naturaliter longam et vltimam breuem circumflectit primam, ut *crêta*, *mêta*, *rhôma*, *vîta*. Sed omnis alia diccio dissillaba debet acueri primam et grauare vltimam; siue prima sit posicionem longa et vltima breuis, ut *arma*; siue prima sit breuis et vltima longa, ut *nêpos*; siue vtraque sit longa, ut *lêges*; siue vtraque breuis, ut *bonus*. Sed quia non vtimur circumflexo, ideo semper acuumus primam in dissillabis.

Diccio trissillaba, et tetrasillaba, et deinceps si habet penultimam breuem, acuit antepenultimam ut *ángelus*, *Túllius*, *Hostílius*. Sed si penultima fuerit longa posicionem ut *catellus*, tunc antepenultima grauabitur et acuetur penultima, nisi fuerit longa ex muta et liquida, ut *latebre*, *tenebre*. Nam licet in metro possit penultima produci posicionem, tamen in prosa acuitur antepenultima. Hoc autem intelligendum vbi penultima est breuis naturaliter, sicut in dictis et in huiusmodi aliis sed non est hoc intelligendum vbi penultima est naturaliter longa ut *october*, *salubris*, *adiutrix*, in quibus accentus cadit super penultimam aut acutus aut circumflexus; nam si penultima sit naturaliter longa et vltima breuis, tunc penultima circumflectitur ut *cathêgus*, *perôsus*, *octôber*. Si vero penultima sit longa et similiter vltima fuerit naturaliter, tunc penultima acuitur u[t] *Athêne*. Nam secundum grecos et secundum antiquos latinos, si vltima fuerit longa nunquam circumflectetur penultima nec acuetur antepenultima, nisi quandoque more antiquorum qui aliquando acuebant antepenultimam ut *Aristotéleos*. Sed quia nos moderni latini non vtimur circumflexo, ideo siue sit vltima longa vel breuis, dum tamen penultima sit longa natura vel posicionem, penultima acuitur nisi ut dixi in metro in hiis que producuntur per mutam et liquidam. Sed tamen in prosa acuitur antepenultima.

Occurrit autem modo memorie quod licet vulgus estimet quod hec diccio aratrum sit similis predictis, que sunt *tenebre*, *latebre* et huiusmodi, tamen non est ita, quia penultima est naturaliter longa et vbique inuenitur produci apud poetas, et

¹ Possibly *ἄραξ*.

nuncquam breuiari, et ideo non est poetica licencia, et propter hoc oportet quod naturaliter sit longa penultima, et ideo debet circumflecti cum vltima sit brevis natura. Et nos quia non vtimur circumflexo debemus penultimam acuere.

He sunt generales regule accentuandi licet in multis casibus contingat aliter, quos omnes prosequi, non est propositi mei ad presens, quia magis pertinet hoc ad tractatum de accentu in latinis dictionibus. Nam apud latinos scimus longe plures esse instancias contra regulas dictas quam apud grecos. Sed nunc propter grecum modum accentuandi volo exponere casus in quibus maxime mutantur accentus. Hoc enim habet notabilem veritatem non solum apud grecos sed latinos.

CAPITULUM TERCIVM.

De mutacione accentus.

Nunc volo subiungere casus certos in quibus mutantur regule predictae et sunt $\bar{\gamma}$ casus necessarij propter grecum et latinum. Primus est propter †enclisim [enclisim]. Nam sicut apud nos sunt †enclitice [enclitice] dictiones.

[Desunt cetera secundae partis.]

PARS TERCIA.

[Desunt Distinccio Prima, Distinccio Secunda et initium Distinccionis Terciae.]

Nota hic de declinatione nominum secundum modernos.

Oblivis vbi iota sequitur omicron non est diphthongus, sed due sillabe sunt in dativis $\beta\omicron\iota$, $\nu\omicron\iota$, et in accusativis $\beta\omicron\iota\nu$, $\nu\omicron\iota\nu$. Ab hac vero regula excipitur $\overset{\text{pes}}{\pi\omicron\nu\varsigma}$, quod facit podos, et $\overset{\text{dens}}{\omicron\delta\omicron\nu\varsigma}$ facit $\omicron\delta\omicron\nu\tau\omicron\varsigma$, sicut participia in $\omicron\nu\varsigma$ desinencia faciunt genitivum in $\omicron\nu\tau\omicron\varsigma$.

Si vero finit nomen in *υς* per diphthongum ex ypsilo et iota, tunc vnum inueni quod *απο του υς* quod est dissillabam¹ de quo supra *υ, ξ, ι* simul iunctis vel *απο του ιισ* duobus ii in vnum mixtis per syneresim formatur, scilicet *υς* cuius genitiuus est *υος*.

CAPITULUM QUINTUM

de formacione genitiui a nominatiuis terminatis in xi et psi, cum exposicione declinacionis qua vtuntur moderni greci.

Nunc in vltimo capitulo dicendum est primo de formacione genituorum ab hiis que desinunt in xi et psi. Si igitur nominatiuus fiat in xi, tunc potest facere genitiuum in gos vel kos vel ktos, quia componitur ex g s, et k s, et kt s, ut prius dictum est, et ideo triplicem habet genitiuum; vnde quedam faciunt genitiuum per gos, ut *αρπαξ*, *αρ-^{rapax}*
παγος; *σαλπηνηξ*¹, *salpingos*; *phalanx*, *phalangos*; *alx*, *algos*; *proprium nomen*
Spinx, *Spingos*; *Lelex*, *Lelegos*. Quedam in *κος* ut *σαρξ*, *σαρκος*; *thorax*, *thorakos*; *Pheax*, *Pheakos*; *onyx*, *onykos*; *farnax*, *farnakos*. Quedam in *κτος* ut *νυξ*, *nyktos*; *anax*, *anaktos*; *perdix*, *perdiktos*; *βωξ*, *βωκτος*, cuius ergo locum cum *σ* *sima ξ* vel *p* optineat genitiuo declarat¹. Hec enim *ος* in genitiuo precedit, vocali nominatiui non mutata, preter quam in *αλοπηξ*, ubi *η* in *ε* vertitur in genitiuo. Si vero terminetur in psi *ψ*, tunc fit genitiuus in bos vel in pos vel in phos quia hec littera componitur ex bs vel ps vel phs ut prius habitum est. Quedam ergo faciunt genitiuum in bos ut *αραψ*, *αραβος*, et *καλιψ*, *calibos*; quedam in pos ut *εθιοψ*, *ethiopus*; *μυκλωψ*², *μυκλωπος*. Quedam in phos ut *κυννψ*, *kyniphos*; et secundum analogiam semper

¹ So in MS.² So in MS. Perhaps for *μάλωψ* quoted by Priscian v. 32.

vocalis nominatiui manet in genitiuo, excipitur tamen *αλωπηξ* *αλωπεκος*, quia *ητα* mutatur in e breue, et est *alopix*, vulpes.

CAPITULUM [SEXTUM]

de declinationibus grecis secundum modernos grecos.

Sic igitur possunt declinationes grecorum reduci ad tres modos declinandi, sed tamen greci moderni¹ aliter procedunt in nominum declinatione. Nam ponunt canones seu regulas de masculino per se, et faciunt triginta quinque; et de feminino duodecim, et de neutro nouem, et secundum has regulas declinant nomina. Verbi gracia, sexta regula de masculinis ponit nominatiuum simplicem, vnum completum, alium per syneresim, et tunc ponit genitiuos completos et per syneresin, respondententes illis nominatiuis, et vtrique nominatiuo respondent duo genitiui, vnus completus et alius per syneresin, et sic vltius ponunt omnes datiuos et accusatiuos, et sic de omnibus casibus non solum in singulari, sed in duali et in plurali, hoc modo:

ἡ ὀρθὴ καὶ τῶν ἐνικῶν.

ὁ Ἡρακλεῆς καὶ Ἡρακλῆς.

ἡ γενικῆ.

τοῦ Ἡρακλεῆος καὶ Ἡρακλεος καὶ τοῦ Ἡρακλεος καὶ Ἡρακλους.

ἡ δοτικῆ.

τῷ Ἡρακλεῖ καὶ Ἡρακλεει καὶ Ἡρακλεῖ καὶ Ἡρακλει

ἡ † αἰτιατικῆ [αἰτιατικῆ].

τὸν Ἡρακλεεα, καὶ Ἡρακλεη καὶ τὸν Ἡρακλεα καὶ Ἡρακλη.

ἡ κλητικῆ.

ὦ Ἡρακλεεε καὶ Ἡρακλη Ἡρακλεεε καὶ Ἡρακλειεε.

Δυϊκος.

τῶ Ἡρακλεῖεε καὶ Ἡρακλεη καὶ Ἡρακλεεε καὶ Ἡρακλη

ἡ γενικῆ καὶ δοτικῆ.

τοῖν Ἡρακλεεοῖν καὶ Ἡρακλεοῖν.

¹ Cf. Jannaris, *Historical Greek Grammar*, § 239.

ἡ κλητικη.

ὦ Ηρακλεεε καὶ Ηρακλεη καὶ Ηρακλεε καὶ Ηρακλῆ.
πληθυντικός.

† ἡ [οί] Ηρακλεεες καὶ Ηρακλέεις καὶ Ηρακλέες καὶ
Ηρακλεις.

ἡ γενικη []¹.

των Ηρακλεεων καὶ Ηρακλεων καὶ Ηρακλων.

ἡ δοτικη.

τοῖς Ηρακλεεσι καὶ Ηρακλεισι καὶ Ηρακλεσι []¹.

ἡ αιτιατικη.

τοὺς Ηρακλεεας καὶ Ηρακλεεις καὶ Ηρακλεας καὶ Ηρακλεις.

ἡ κλητικη.

ὦ Ηρακλεεες καὶ Ηρακλεις καὶ Ηρακλέες καὶ Ηρακλεις.

Sic igitur formant canones *κανονες* circa declinationem nominum, iuxta singulas terminaciones nominatiuorum; sed hic modus superfluous est respectu modi declinandi prius tacti, et ideo modus praescriptus magis eligendus. Melius est eciam reducere terminaciones vnus declinationis ad eam, et alterius ad aliam, et tercię ad terciam, sicut fit apud nos, cuiuscunque generis sint vocabula, quam omittere principales modos declinandi propter terminaciones declinationum. Debemus enim reducere ad principalia, ut artificiales regule stent penes principalia, magis quam penes accidentalia. Terminaciones enim accidentales sunt respectu declinationum. Item magna confusio est et conculcacio huius declinationis ut simul inuoluantur tot nominatiui et tot genitiui et alij. Melius enim esset distingui hec abinuicem, ut vni nominatiuo series casuum suorum daretur et postea alteri nominatiuo, quatinus sic fieret plena distinccio. De syneresi hic esset dicendum nisi maior tractatus eam expediret, sunt multa alia que in edicione maiori suis locis apcius complantantur.

Quod ponitur hic de sineresi casualium legendum est post distinccionem terciam huius tercię partis².

¹ In MS. an illegible word.

² In the MS. the following account of the synaeresis is out of its place. It fills pp. 67 and 68, together with a fragment of parchment bound between pp. 68 and 69, whereas it would naturally have begun about the middle of p. 66. The writer

Quoniam de sineresi mencio facta est, que est conglutinatio accidentalis duarum vocalium in vnam sillabam, uel in vnam vocalem, et dicitur accidentalis propter diptongum, nisi est naturalis conglutinatio ut supra tactum est. Dicendum est hic aliud de sineresi. Contingit enim aliquando quod vocales sese immediate sequentes per syneresim proferuntur

ut ^{terra} γαῖα duabus sillabis in vnam commixtis fit ^{terra} γη, similiter γαίας, γης, sic et in aliis casibus numeri singularis. πλοος similiter per syneresim profertur πλους; πλοου, πλου; πλω, πλω; πλοον, πλοον; πλοε, πλου; Duilla¹: πλω, πλω; πλοοιν, πλοιν; πλισ²: πλοοι, πλοι; πλωων, πλων; πλοοις, πλοις; πλοους, πλους; sic et ^{meus} μοος³, ^{mens} μους. Inuenitur etiam ^{bos} νοος

tercie declinationis ad similitudinem ε' ^{bos} βοος, βοος. Similiter eciam quedam nomina trium generum et termina-

cionum diuersarum per sineresim proferuntur, ut ^{aureus} χρῖσεος³, χρυσεα, χρυσειον, χρυσους, χρυση, χρυσουν. Similiter in tercia declinatione quando ε in datiuo singulari precedit ἰ, in nominatiuo et vocatiuo plurali alterum ε, etiam in accusatiuo plurali α, uel semper uel frequencius per syneresim fieri solet prolacio duabus vocalibus in εἰ diphthongon comprehensis, ut οφι³, iuxta ionicam διαλεκτον, οφει, οφεις, οφεις, οφεις. Similiter ἰ quando in eisdem casibus uocales easdem antecedit in ἰ per syneresim, ut οφιἰ iuxta communem διαλεκτον, οφι, οφεις et οφιας, οφεις. Similiter υ, cum in nominatiuo et vocatiuo plurali ε, et in accusatiuo eiusdem numeri α litteras precedit υ longum, sinerificantur vocales, ut Βοτρῦες, βοτρῦας, βοτρυς. Videntur tamen huiusmodi formaciones, non ex sineresi, sed magis ex natura accusatiui singularis prouenire. Illa enim nominatiua que in genitiuo singulari ἰ vel ῦ διχρομα habent ante ος, accusatiui singulares³ υ finali in ς mutata, nominatiuum accusatiuum et vocatiuum plurales regulariter pocius quam per syneresim videntur facere, alia eorundem

has but just declared his intention of omitting an account of the synaeresis, because it was more fully treated in a larger treatise.

¹ So in MS. δυικός?

² So in MS. πληθυντικός?

³ So in MS.

casuum regula nichilominus obseruata. Sicut et illa que accusatiuum singularem in διφθονγον terminant *ν* sequente; item *ε* quando in nominatiuo accusatiuo et vocatiuo pluralibus neutrorum in *ες* uel in *ος* et in accusatiuo singulari communium in *ης*, *α*, et in tribus predictis casibus dualis numeri eorundem nominum *ε* litteram precedit, in *η* per sineresim, ut frequencius, vocales ambe proferuntur; ut *πληρεα* accusatiuus singularis nominis communis in *ης*, et nominatiuus et accusatiuus et vocatiuus plurales in *ες* per sineresim fit *πληρες*¹, similiter neutri *πληρεε* nominatiuus et accusatiuus et uocatiuus duales nominis communis in *ης* et neutri in *ες* per syneresim fit *πληρι*. Similiter *γενεα*, *γενη*, *μερεα*, *μερη*, etc. Quod si ipsum *ε* in casibus predictis singularis et pluralis numerorum alia precedit vocalis per *a* longum uel per *η* res vnus nature indifferenter facta syneresis inuenitur ut *ομοφνεα*, *ομομνα*¹, *ομοφνη*. Eadem *ε* quando in genitiuo singulari nominum in *ης* seu masculinis seu femininis seu communibus seu neutris generibus in *ες* vel in *ος*, *ο* litteram precedit, in *ου* διφθονγον uocales commiscuntur, ut *αριστοτελης*, *αριστοτελεος*, *αριστοτελους*. Similiter *πληρης* communis generis et *πληρες* neutri *πληρεος*, *πληρους*. Sic et neutri generis *τειχεος*¹, *τειχεος*, *τειχους*. Ipsa etiam *ε* cum in genitiuo duali predictorum nominum *οιν* precedit sillabam *ι* in *οιν* per syneresim ex duabus sillabis fit vna. In genitiuo autem plurali eorundem nominum *ων* sillabam eadem *ε* precedente, in *ων* fit sineresis, ut *Δημοστενεοιν*, *Δημοσθεοιν*; *πληρεοιν*, *πληροιν*; *τειχεοιν*, *τειχοιν*; *Δημοσθενεων*, *Δημοσθενων*; *πληρεων*, *πληρων*; *τειχεων*, *τειχων*.

Similiter in femininis in *ω* vel *ως* acutum, cum per *οος* proferri debeat genitiuus singularis, in *ους* fit per sineresin; datiuus in *οϊ* διφθονγον, cum per *οϊ* diuisas sillabas proferri debeat, accusatiuus autem in *ω*, cum per *οα* proferri debeat.

Talia autem nomina non recte declinacionis sunt, sed potius eteroclita iudicanda, cum enim¹ in singulari numero tercie sint declinacionis, et in omnibus eiusdem numeri

¹ So in MS.

obliquis sineresin patiantur, preterquam in vocatiuo qui in *οι* diphthongum desinet, quod in solis talibus contingit.

In duali et plurali numero, secunde sunt declinacionis, ut *σαμπφω*¹, *σαμπφους*, *σαμπφους*, *σαμπφῶι*, *σαμπφοι*, dualia et pluralia ut cetera secunde declinacionis.

Similiter *λητω*. Similiter et *αἰδως καὶ ηῶς* que sola duo feminini generis in *ως* acuuntur et penultimam longam habent.

Que autem penultimam breuem habent grauantur, de quorum declinacione dicetur inferius. Declinantur autem vel¹ enim attice.

Comparatiuorum nominatiuus et vocatiuus plurales in *ονες* et accusatiuus eiusdem numeri in *ονας*, *ν* abiecto per sineresim quandoque proferuntur in *ους*, ut *πλειονες*, *πλειονας*, *πλειους*; *μειζονες*, *μειζονας*, *μειζους*; *μειονες*, *μειονας*, *μειους*.

Accusatiuus similiter singularis utriusque generis, et nominatiuus et accusatiuus et vocatiuus plurales neutri generis eorundem nominum in *ονα*, *ν* ablato quandoque in *ω* per sineresim proferuntur; vt *κρειττονα*, vel *κρεισσονα*, *κρειττω* vel *κρεισσω*; *χειρονα*, *χειρω*.

κρεας, quod est *κρης*, per sineresim inuenitur, et *γηρας* neutrum, cum *κρεατος καὶ γηρατος* regulariter declinentur, *τ* ablato inueniuntur per sineresim prolata *κρεως*, *γηρωσ*.

Similiter in datiuo singulari et in nominatiuo, accusatiuo, vocatiuo duali et plurali in *α* productum fit sineresis. Unde pro *κρεατι*, *γηρατι*, *κρατε*, *γηρατε*¹; [pro] *κρεατα*, *γηρατα*, *κρεα*, *καὶ γηρα*; in genitiuo et datiuo duali pro *κρεατιν*, *γηρατιν*, *κρεων*, *γηρων*; in genitiuo autem plurali pro *κρεατων*, *γηρατων*, *κρεων*, *γηρων*. Sunt autem iste sinereses proprie atticorum, et fiunt ab integris ionicis qui sine *τ* per omnia proferunt, communi dialecto *τ* habente. Nota eciam quod in genitiuis que secundum communem dialecton *ι* habent ante *ος*, in omnibus obliquis in penultima iones ponunt *ε*, ut *οφισ*, *οφιος*, et ionice *οφεος*; hoc idem faciunt attici *ο* breui in *ω* longum conuerso. In genitiuis eciam in *εος* a nominatiuis in *εως*, *ο* mutant attici in *ω*. Nomina uero secunde declinacionis in *αος* per *ε* scribunt attici, *ο* breui mutato in *ω* longum per omnes casus, et *ι* $\bar{\gamma}$ ad *ι* subscribentes¹, *ν* uero abicientes ubi affuerit. Voca-

¹ So in MS.

tium autem similem habent nominatiuo, sic enim habent vbique ut

	dualia	pluralia
ο Μενελεος ¹	τω Μενελεω	οι Μενελεω
του Μενελεω	τοιυ Μενελεωυ	των Μενελεωυ
τω Μενελεω		τοις Μενελεως
τον Μενελεωυ		τους Μενελεως
ῶ Μενελεωυ		ῶ Μενελεω

Eodem modo attice declinantur et feminina in *ως* graue preter accusatiuum singularem, quod sine *υ* scribitur, ut *ἡ εως*, *τη εω*, *τη εω*, *την εω* etc. Similiter *ἡ Κεως*, *της Κεω*, *τη Κεω*; *ἡ αλωσ*, *της αλω*: *αλοος* enim error est iuuenilis. *λαῶς* [*λεως*] solus circumflexorum. Sic hiis similia, que in *ως* oracionem desinunt, declinant¹. Inueniuntur eciam non nulla, que cum sint masculini generis, nec formam habeant supradictam, ut *μενελαωσ*, secundum hanc formam atticam declinant, ut *αποννωσ*, *αποννω*, *Μίνωσ*, *Μίνω*, qui et *Μίνωσ* *Μίνωσ* declinantur¹. Sunt enim quamplurima que diuersarum inueniuntur declinacionum. Sciendum quod genitiui attici quandoque cum addicione *του ο* proferuntur, *πεπεω πεπεῶο*, *ταλαω ταλαῶο*, *Μίνω Μίνωο*, *Ανδρογεω Ανδρογεῶο*. Genitiui eciam prime declinacionis in *ου* quandoque per *εῶ* ionice proferuntur ut *Ατρειδου Ατρειδεω*, *Ορεστου Ορεστω*, *Αινειου Αινειω*, *Ερμειου Ερμειω*, et per sincopam *Ερμειω*, *αυλητου αυλητω*, *μασου μασεω*. Videntur autem tales genitiui a nominatiuis in *εος* secundum formam atticam descendere, ed¹ si verum est, sola nominatiui imitacio ionica est, declinacione attica existente, quamuis et talis nominatiui transformacio attica potius quam ionica videatur. Quandoque eciam predictae huius declinacionis genitiui *βοιωτικός* per *ᾶο* proferuntur ut *Ατρειδου Ατρειδαο*; *Ορ[ε]στου*, *Ορεσταο*; *αργεστου*, *αργεσταο*. Secunde autem declinacionis genitiui *Θεταλικῶς* per *ῶο* proferuntur quandoque ut *φίλου*, *φίλοιο*; *κούφου*, *κουφοῖο*; *δούλου*, *δουλοῖο*; *Πρίαμου*, *Πρίαμοῖο*; *κάλου*, *καλοῖο*; *σοφου*, *σοφοῖο*; *σέμνου*, *σεμνοῖο*; *ποταμου*, *ποταμοῖο*; *οκεάνου*, *οκεανοῖο*².

¹ So in MS.

² The inserted leaf and the fragment of a leaf bound between pp. lxxvi—lxxix end here. See p. 147 note.

DISTINCCIO QUARTA.

Postquam dictum est de declinatione per genera, casus et numeros, dicendum est de aliis duobus accidentibus scilicet de figura ac specie.

[CAPITULUM PRIMUM.]

Figura vocatur grece *σχημα*, quod latini schema pronunciant, propter *ita* pro quo sonant *e* quod est figura latine. Et est quedam simplex, quedam composita et quedam decomposita.

Et si grecus querat ^{quot} *ποσα σχηματα*; dicemus tria, *απλουν*, quod est simplex, *συνθετον*, quod est compositum, *παρασυνθετον*, quod est decompositum, testante Prisciano, capitulo de figura. *απλουν*, ut *σοφος* quod est sapiens. *συνθετον*, ut *φιλοσοφος*. Quia *syn* grece est *com* latine et *thesis* est *posita* vel *posicio* vnde *syntheton* quod est *compositum*. Philos enim est amor¹, et *sophos*, sapiens et *sophia*, sapiencia, quasi amator sapiencie. Parasyntheton dicitur a *para* quod est *de* et *syntheton*, quasi de composito deriuatum, ut apud nos magnanimitas deriuatur a magnanimus, quod est compositum, et sic apud eos ut apud nos. Nam quatuor modis fit compositio apud eos, ut ex duobus integris sicut *syntaxis*, et ex duobus corruptis ut *psychomachia*, et integro et corrupto ut *prosodia*, et ex corrupto et integro ut *theologos*, et cum pluribus ut *epanalepsis*. Nam *syn* est prepositio greca et significat *con* et *taxis* est idem quod *ordo*, inde *syntaxis* quod est *coordinacio* et *syntagma* idem est quia *tagma* et *taxis* sunt idem. Et quoniam in constructione dictionum in oracione est quedam coordinacio dictionum, ideo apud latinos grammaticos *syntaxis* accipitur pro constructione. Et similiter posset *syntagma* dici constructio. Quia eciam liber vel tractatus vel expositio est coordinacio dictionum et oracionum, ideo transmittitur hoc nomen *syntagma* pro libro et tractatu vel expositione, secundum quod Jeronimus dicit in epistola ad Paulinum, proprium

¹ So in MS.

syntagma desiderat. Sed jam corrumpunt latini hec vocabula et pro *syntaxis* dicunt *syntasis* vel *syntesis*, quando dicunt syntesim esse constructionem, et quando dicunt quod *diasyntetica*, quod est vna pars grammaticæ scilicet tradita in libris constructionum Prisciani, dicitur a *dia* quod est *de* et *synthesis*, debent enim dicere *syntaxis* et similiter debent dicere *syntagma* per *gamma* non *syntasma* per *sima*. *Psychomachia* dicitur a *psichi* quod est *anima* et *machi* quod est *pugna* quasi pugna anime sed vtrumque simplicium corrumpitur in fine. *Pros* est *prepositio* et *ode* est *cantus* non *odos*, ut dicunt grammatici, et *pros* remanet integrum, *ode* corrumpitur in fine. *Theo* est *deus* et *logos*, *sermo*, inde *theologos*, sed *logos* est integrum, *theos* corruptum. Et est *theologos* idem quod *sermocinans* de deo. *Epi* est *prepositio* quod significat *supra* et *ana* quod est *re* et *lepsis* quod est *sumpcio* vnde *epanalepsis*, et sic componitur ex pluribus et dicitur *modus loquendi*, quando finis concordat principio.

[CAPITULUM SECUNDUM.]

Species autem est duplex sicut apud nos; scilicet primitiua et deriuatiua. Et primitiuum dicitur *prototipon* et deriuatiuum dicitur *paragogon*. Nam *prothos* est primus et ideo *prototipon* est primitiuum et *agago* vel *ago* idem est quod *duco* et *para* est *de*, inde *paragogon*, quasi deductum vel deriuatum ab alio. Et nouem sunt nomina deriuatiua scilicet patronomicum, possessiuum, comparatiuum, superlatiuum, diminutiuum, nominale, verbale, aduerbiale, participiale. Patronomicum vocatur a greco *patronomicon* vnde *patronomicum* est *grecum*, licet parum more latino mutatum, et *patronomicum* proprie apud grecos deriuatur a propriis nominibus patrum ut dicit grammatica greca, et Priscianus dicit quod significat, cum genitiuo primitiui, filium vel nepotem, ut *Eacides*, *Eaci* filius vel nepos. Improperie vero sunt *patronomica* a matribus et ab auis et aliis multis, sicut dicit Priscianus, ut *Lathides*, *Lathous*, id est †latine† [Latone] filius: *Apollo* scilicet. Nuncquam autem superat *patronomicum* genitiuum primitiui sui, nisi in vna sillaba tantum, sicut dicit Priscianus.

Et sunt tres forme patronomicorum masculinorum scilicet in *αδιος* et in *ων* et in *δεσ* ut *Hirradios*, *Hirre* filius vel nepos et *Atrion* et *Pelides*. Sed istud quod in *des* desinit est commune apud grecos. Quod enim terminatur in *ων* est proprium ^{yadis} *υαδης* lingue. Et quod in *αδιος*, eolice lingue est proprium, ut dicit Priscianus. Et tres forme sunt in feminino patronomico scilicet *is*, *as*, *ne*; ut *Priamis*, *Peleas*, †*Adiastine*† [*Adrestine*] et significat filiam vel neptem cum genitio sui primitiui, vnde *Priamis* est *Priami* filia vel neptis; et patronomicum femininum in *is* et in *as* formantur a patronomico masculino in *des*, amotis duabus litteris, delta et e, sicut dicit Priscianus, ut a *Priamo* venit *Priamides* filius vel nepos *Priami*, et ab hoc patronomico *Priamides* formatur *Priamis*, filia vel neptis *Priami*. Patronomicum femininum desinens in *ne* habet *i* longam in penultima, si principale, a quo descendit, non habuerit eundem, ut *Adrestos*, *Adrestine*. Si uero principale habuerit, tunc patronomicum hoc habet *o* productum ante *ne* ut *Acrisios*, *Acrisione*.

Possessiuum autem est quod significat quicquid possidetur a possessore, siue sit filius siue nepos seu quodcunque aliud. Patronomicum enim nepotem vel filium significat vel neptem vel filiam. Sic enim differt a patronomico ut dicit Priscianus. Et apud grecos sunt tantum due terminaciones possessiuorum scilicet in *κος* et in *ος*; ut *grammaticos*, *spondeos*. Nulla autem formacio possessiui est in *iis* apud grecum; sed latina formacio est.

De aliis autem speciebus deriuatorum non est vis. Ceterum Priscianus de eis satis determinat in maiori volumine. Patens enim est cuilibet quid est comparatiuum quid superlatiuum.

Diminutiuum est ut *regulus* a *rege*.

Denominatiuum siue nominale hic dicitur, quod a nomine deriuatur, nec habet aliquam rationem specialem preter, sicut patronomica possessiua et alia. Patronomicum enim non dicitur ab hoc quia a nomine deriuatur, cum tamen sic deriuetur, sed quia significat nominis primitiui filium vel nepotem et sic de aliis. Sed denominatiua solum dicuntur quia a nomine deriuantur et non a verbo vel aliis partibus

nec habens¹, ut dixi, rationem specialem sicut predictam; ut duricia denominatur a duro, sapiencia a sapienti et sunt huiusmodi infinita.

Verbale dicitur a verbo, ut egenus ab egeo.

Aduerbiale ab aduerbio, ut extremus ab extra.

Participiale a participio, ut commendaticius a genitiuo huius participii commendatus commendati. Et secundum quod modo posui exempla in latino, intelligendum esse in greco. Nec oportet poni exempla propter obscuritatem et quia vtilitas non est hoc reuolui ad presens.

Post istas declinaciones volo subiungere quedam notabilia predictis annexa. Juxta igitur species nominum intelligendum est, secundum Priscianum in maiori volumine, quod nulla terminacio greca est in ^mmi littera, et vbi ipsi dicunt per *ni* litteram, scilicet septron, metron, linon, symbolon, nos dicimus per *m* ut septem, linum, metrum et sic de huiusmodi multis. Et in masculinis vbi greci dicunt *on* per *ν*, sic: leon, Platon, dicimus nos, leo, Plato, per *ο*: et vbi in latinis dictionibus nos dicimus *o*, ut Cicero, ipsi dicunt *on*, ut Cicheron, more suo vocabulum latinum terminantes. Et sciendum quod in talibus antiqui latini dicebant, Macedo, Agameno¹, Antipho sed nunc dicunt Macedon, Agamenon¹ et huiusmodi ut dicit Priscianus. Nec debemus nunc dicere Macedo, quia tunc deberemus producere penultimam in genitiuo, ut Macedonis, sicut leo leonis. Sed non facimus, immo breuiamus eam; quia non formabimus talem genitium a Macedo sed Macedon. Item sciendum quod nullum nomen grecum est in *o breue* nisi *allo* quod est *aliud*.

Et vbi ipsi terminant nominatiuum in *pos*, muta precedente *pos* in eadem sillaba, sicut agros, Aléxandros, Menandros, Teucros, ombros et huiusmodi, latinus mutat *ros* in *er* ut ager, Alexander, Menander, Teucer, imber; exceptis quibusdam que terminantur in *us*, scilicet amphimacrus, Codrus, gongrus, Ebrus, ydrus, Locrus, Petrus, scombrus. Greci enim licet hec dicant in *ros* tamen latinus¹ non dicunt in *er*, sed

¹ So in MS.

in *vs*. Sed quando non terminatur diccio in *ros* sed in *tos* vel per aliam litteram quam per *ro* tunc facit in *ovs*, vnde grecus dicit christos et latinus christus; hec et huiusmodi multa patent ex Prisciano.

Item sciendum quod apud grecos quando verba habent e litteram in penultima ut ^{porto}fero, ^{pungo}cento, ^{dico}lego, ^{distribuo}nemo, ^{verto}strepho, ^{mitto}stello, temo, trepo, et huiusmodi tunc nomina verbalia formantur a verbo mutando *e* in *o*, ut ^{lancia}foros, ^{lex}contos, logos, nomos, stropho, strophium, stropheum est zona gemmis eciam auro redimita seu ornata, stolos, tomos, tropos, et huiusmodi.

Preterea sciendum quod quando vocabula formata in *σῖς* habencia vocale ante sis mutantur in *ma*, significant idem, ut ^{iudicium}*κρίσις* ^{casus vel ruina}*κρίμα*, ^{posita vel positum}ptosis ptoma, thesis thema. Similiter in quibusdam aliis vbi vocalis non antecedit *σῖς*, ut ^{capcio vel sumpcio}leptis sed quod mutatur in *m*, ut ^{ordo vel ordinacio}lemma. Similiter taxis, tagma, debet autem gamma remanere cum *ma*, quia xi duplex consonans hic componitur ex gamma et *sima* et ideo cum *σῖς* mutatur in *ma*, oportet gamma remanere, et propter hoc latini dicentes *silemsis* et *sintesis* vel *sintasis*, et *perisyntaseos* vel *peritaseos* male dicunt. Nam deberent dicere *sylépsis*, quod est *concepicio*, a *syn* greca proposicione quod est *con* et *leptis* quod est *capcio* uel *sumpcio* quasi *concepicio*, et *proleptis*, quod est *preoccupacio* vel *presumpcio*, et *syntagma* et *syntaxis*, que sunt *coordinacio* a *syn* quod est *con* et *taxis* vel *tagma*, *ordinacio*. Et *perisyntaxeos* quod est de *coordinacione* nam *peri* est *de* et regit genitiuum casum, scilicet *syntaxeos* vnde liber Prisciani de *construccione* dicitur liber *perisyntaxeos* id est liber de *coordinacione* dictionum in oracione et hec *coordinacio* est *construccio*. Et *peritaxeos* id est de *ordinacione*, et sunt due dictiones *peri* et *taxeos* et *peri* ac *syntaxeos*.

Et loco nominis quis, †relatiui [interrogatiui] et infiniti, habent greci hoc nomen *tis*, et loco eius quod est quid, hoc nomen *ti*, et est *tis* commune ad masculinum et femininum, *ti* est neutrum, sicut tactum est prius. Et in *nominatiuo* non differunt ut sunt *relatiua* et *infinita*, sed in *obliquis*.

Nam *τίνος*, quando est interrogatiuum, acuitur in penultima. Quando vero est infinitum tunc vltima acuitur ut *τινός*. Et sciendum quod ad hoc nomen *tis ti* additur *os* articulus subiunctiuus et facit vnum nomen quod est *οστις, ητις, οτι* quod non est de se relatiuum, sed ex addicione articuli. Loco quorum habemus *qui, que, quod*, ut sunt relatiua, vnde *qui* non significat solum articulum, nec solum nomen infinitum, sed totum compositum ex utroque, sicut dicit Priscianus in maiori et minori. Sepius tamen apud grecos ponitur *os* solum, vbi nos ponimus *qui*, licet *qui* significat plus quam *os* ut dictum est, et loco *os* ponunt *οστις* sepe nisi in locucionibus diuidendis. Nam ibi non dicitur *οστις, ητις, οτι* sed relatiuum ponunt siue articulum per se ut *os, o, ι*, locuciones vero diuidende sunt, ut aquile volauerunt hec ab oriente, illa ab occidente, et hominum alii sunt boni alii sunt mali, in quibus locucionibus apud nos ponitur pronomen vel nomen ut nunc exemplificatum est. Sed apud grecos solummodo ponuntur articuli subiunctiuui, et in talibus dicitur esse prolepsis, quia aliud diuidendum premittitur et presumitur, ut patet, et hec confirmantur per Priscianum in minori qui dicit, *qui* vero quod interpretatur *οστις*, quod est subiunctiuus articulus, cum nomine infinito apud illos, apud vero nos vna pars est et simplex relatiua ^{tu} *του quis* infiniti vel interrogatiui, potest subiunctiuui loco articuli accipi, quomodo et greci *το οστις* ^{valet ipsum qui} frequentissime ponunt loco *os* articuli subiunctiuui nisi in diuidendis. In illis enim nec nos quidem nec illi *οστις* referunt, sed illi articulis subiunctiuuis vtuntur, nos vero pronominibus et nominibus. Et cum dicit *του quis, το οστις*, loquitur more grecorum, afferens articulos grecos ad illa vocabula scilicet genitiuum *του* et *το* nominatiuum, sicut diceretur in gallico *li rois* in nominatiuo et *de li rois* in genitiuo. Et ideo quod dicit *qui* esse relatiuum *του quis* infiniti vel interrogatiui, hoc est ac si diceret *qui* esse relatiuum eiusdem quod est *quis*, quia moris eorum est ponere articulum, vbi nos pro defectu articuli ponimus hoc totum eius quod est, vel aliquid consimile. Potest autem *qui* referri ad *quis* interrogatiuum, ut *quis* scripsit bucolica, *qui* eciam

georgica, et ad infinitum ut quis interficiet tyrannum, premium accipiet, qui etiam honore magno fungetur. Et sic *ος* et *οστις* apud grecos possunt referri ad *τις τι* infinitum et interrogatiuum et hoc nomen *οστις* declinatur a parte articuli et nominis infiniti ut *ουτινος* et cetera. Et sicut pro *quis, que, quid*, habent greci *τις, τι*, sic pro *qualis, quale*, ut sunt interrogatiua infinita, habent greci *πιος, πια, πιον*. Et pro *quali* relatiuo habent *ιος* dempto *π* littera et similiter pro *quanto*, infinito et interrogatiuo, habent *ποσος, ποση, ποσον*, et pro relatiuo habent *οσος*. Et in plurali habent *ποσι, ποσε, ποσα*, et hoc plurale est commune ad *quanta* et ad *quot*. Et est differentia inter infinita et interrogatiua sicut prius penes accentum in obliquis.

DISTINCCIO QUINTA.

[CAPITULUM PRIMUM.]

De Pronominibus.

Hec de nominibus estimaui omnino necessaria, quamquam et multa alia hominibus studiosis scientibus grecum possent adduci, sed propter ignoranciam greci et negligenciam sapientie apud vulgus taceo de aliis; transiens et ad antonimiam¹ que est pronomen apud nos, non sequens, in hoc, ordinem grecorum nec Prisciani, quoniam non intendo disputare circa inuencionem pronominum, que inuenta sunt post verba ut supplerent defectus nominum in prima et secunda persona verborum. Quoniam vero pro nominibus inuenta sunt et quoniam substanciam significant nominum, licet differant in modo significandi, secundum quod dicuntur nomina significare substanciam cum qualitate et pronomina sine qualitate, et quoniam pro nominibus accipiuntur et maxime pro propriis nominibus quia proprium est pronominis poni pro proprio nomine: ut dicit Priscianus, et quoniam multum conueniunt nomina et pronomina plusquam alie partes constructionis, ideo non obstante pronominum inuencione propter quam Priscianus et greci postponunt ipsum verbo, volo hic interserere

¹ ἀντρονομία?

que intendo de pronomine. Et sunt duodecim pronomina, sex enim sunt primitiua et sex deriuatiua. Primitiua sunt

ego	tu	sui	ille	hic	iste	ipse	is
εγώ	σύ	ἰ	ἐκεῖνος	οὗτος	αὐτός		

que sunt ego, tu, sui, ille, hic, ipse, sed hic et iste pro eodem accipiuntur et is et ipse pro eodem. Multe enim voces sunt tercię persone et singule in prima et secunda, quoniam prima et secunda sunt semper demonstratiue et presentes, set terciã aliquando est demonstratiua, ut hic, iste, ille, aliquando relatiua, ut sui, is, ipse, aliquando demonstratiua et relatiua, ut ille ipse. Et que demonstratiua sunt, aliquando sunt demonstratiua ad sensum et presencialiter ut hic, iste; aliquando ad intellectum vel longe ut ille, et sic est intelligendum in grecis. Et ego declinatur sic

euthia	ego	mei	michi	
εὐθία	ἐγώ,	γενική	ἐμοῦ,	δοτική
			ἐμοί,	αιτιατική
				ἐμέ,

vocatiuum non habet in singulari: ^{nos} δυνικός νωί pro nominatiuo

et accusatiuo, ^{nostrum et nobis} νωῖν pro genitiuo et datiuo, et non est in hiis diphthongus propter quod puncta supraponuntur ipsi iota

quod prius expositum est: ^{nos nostrum nobis} πλιθηντικός ἡμᾶς¹, ἡμῶν, ἡμῖν,

^{nos} ἡμᾶς, nec sunt plures casus, nam in nullo numero vocatiuum

habent. Et pronomē secunde persone declinatur sic ^{tu} σὺ,

^{tui tibi te o, tu} σοῦ, σοί, σε, σὺ. Nam vocatiuum habet. Et in duali, ^{vos} σφῶι pro

nominatiuo et accusatiuo et vocatiuo, ^{vestri vel vobis} σφῶιν, pro genitiuo

et datiuo; in plurali ¹ νμᾶς, νμῶν, νμῖν, νμᾶς sicut in plurali

prime persone quantum ad terminacionem et additur vocatiuus νμεῖς sicut in nominatiuo, sed in plurali prime persone

in principio dictionis est ἡ, in plurali secunde est υ. Pronomen vero tercię persone quod est reciprocum habet nominatiuum genitiuum datiuum accusatiuum sic ¹ ἰ, οὐ, οἰ, ἐ.

Vocatiuum non habet, sed in duali pro nominatiuo et accusatiuo habet σφῶε et pro genitiuo et datiuo σφῶιν. Et in

¹ So in MS.

plurali vero habet δ̄ casus sic σφεις, σφῶν, σφῶν, σφεις.
 Sed apud nos hoc pronomen non habet nominatiuum. Nam
 vt dicit Priscianus, libro de pronomine, aut esset *hi* aspiratum,
 aut *si*, secundum conuenienciam cum aliis casibus suis, ut
 declinetur sic, hi, sui, sibi, se, a se; vel si, sui. Sed primum
 non potest esse propter aliud pronomen cuius nominatiuus
 pluralis est *hi*. Et *si* esse non potest propter coniuncctionem
si. Propter igitur concidenciam hanc, latini neglexerunt
 nominatiuum huius pronominis. Et eciam quia raro nunc
 inuenitur apud grecos, nec est necessarius, quia in reciproca
 construccionem ut *soror videt se*, eadem sillaba significatur per
 nominatiuum reddentem verbo suppositum et per obliquum
 in quem transit actus verbi, que sillaba sub ratione nominatiui
 signaretur per nominatiuum reciprocum. Et ideo cum aliquid
 loco huius nominatiui sufficienter in reciproca construccionem
 potest haberi per nominatiuum nominis vel pronominis quem-
 cunque, non est necessarius nominatiuus talis pronominis;
 huiusmodi rationes ponit Priscianus. Et ista tria pronomina
 sunt omnis generis, quia de masculinis et femininis, †plura
 non est† et licet videretur prima persona et secunda solum
 pertinere ad homines, tamen aliquando propria nomina
 virorum sunt neutri generis ut Bassion, Eleconion, sicut in
 feminabus, Gliscerium, Dorcium. Et possumus transumere
